Il reimpiego di materiali provenienti dall'opera di Origene si mostra tanto più probabile quanto più si osserva il contegno mantenuto da Gregorio in prossimità dei luoghi che sembrerebbero riprendere alcune pagine dell'autore tacciate di eresia. Si tratta di due paralleli contenenti elementi particolarmente insidiosi, armonizzati dal pontefice e resi inoffensivi mediante la giustapposizione di esplicite professioni di fede ortodossa agli elementi mutuati: è il caso dell'allusione all'esistenza di due uomini (Greg CtExp 4), uno esteriore e uno interiore, accompagnata da una esplicita quanto scontata adesione alla dottrina della resurrezione dei corpi, e dell'immagine del vasetto di unguento svuotato, simbolo del riversamento della divinità al momento dell'incarnazione (Greg CtExp 21), seguita da una precisazione circa la coesistenza in Cristo di due nature. In entrambi i passaggi l'atteggiamento del pontefice mostra non solo la profonda attenzione profusa nel vaglio delle fonti, ma offre anche una conferma dell'esistenza di un seppur velato debito origeniano.

b) Gregorio d'Elvira

Nel caso di questo esegeta, le parentele individuate non sembrano tali da poter affermare che il vescovo romano ne conoscesse l'*Explanatio in Canticis*. Dei nove possibili punti di contatto, sette sono costituiti da elementi compositivi o da figure esegetiche appartenenti a una topica diffusa o già sviluppate in Origene (Greg CtExp 10, 12, 13, 14, 20, 26, 32); in un altro caso (Greg CtExp 19) l'esegeta concorrente è Giusto d'Urgell; nell'ultimo dei possibili richiami (Greg CtExp 34) l'esegesi di riferimento potrebbe essere ancora una volta quella di Giusto, oppure quella elaborata da Apponio.

Considerata per certa la conoscenza dell'Alessandrino da parte di Gregorio Magno e come altrettanto sicura quella del vescovo di Urgell – ciò sia per i punti di contatto evidenziati nel presente studio sia per quelli rilevati nella recente edizione critica dello scritto di Giusto⁶ – pare si possa escludere dal novero delle dipendenze gregoriane quella dal lavoro ermeneutico dell'omonimo presule di Elvira.

c) Ambrogio

Benché il vescovo di Milano nei suoi *opera omnia* abbia dedicato ampio spazio alla spiegazione del *Cantico dei cantici*, soprattutto nel *Commento al Salmo 118*, non sembra che la sua esegesi abbia ispirato quella di Gregorio.

Delle sei reminiscenze ambrosiane potenziali, nemmeno una rinvia univocamente agli scritti di questo Padre della Chiesa: le occorrenze di passi paralleli sono quasi sempre condivise con Origene (Greg CtExp 4, 26 e 44) o con un numero talmente alto di autori verosimilmente accessibili al pontefice (Greg CtExp 4 e 32) da rendere impossibile una collocazione certa di Ambrogio nel processo genetico dell'*Expositio*.

⁶ Cfr. Giusto d'Urgell, *Explanatio in Cantica canticorum* cit., pp. CII-CIV.

d) Cromazio d'Aquileia

Per quanto riguarda questo polemistia, sembrerebbe che il papa si sia servito di alcuni elementi provenienti da uno dei suoi *Sermoni* per costruire il discorso in merito ai diversi nomi coi quali Dio si riferisce a sé stesso nella Sacra Scrittura:

Paragrafo	Elemento mutuato	Fonti
8	Dio si fa chiamare <i>dominus</i> quando vuole essere temuto + appoggio scritturale comune (Mt 1,6)	Chr Sermo 2, 12

Come in altri casi, Gregorio rielabora la fonte e la supera dando vita a un dettato originale. Sulla base dei materiali provenienti dal discorso del patriarca aquileiese egli intesse una propria trama esegetica originale, articolandola in tre segmenti, anche con l'apporto di nuovi appoggi biblici forse mutuati da Apponio (nello specifico Os 2,19-20 e Ger 2,2).

e) Agostino

Un'altra presenza importante, alla pari di quella origeniana, è rappresentata da Agostino: si può dire infatti che l'Ipponate racchiuda sotto la sua *auctoritas* l'intera *Expositio* gregoriana. Il Dottore della Grazia, al cui cospetto come è noto Gregorio si pone quale umile allievo, apre e chiude il *Commentario*, accompagnandone l'evolversi come una guida sicura: dall'esordio, in cui si presenta la condizione dell'uomo esiliato e il suo rapporto col testo sacro, fino all'ottimistico sguardo sulla storia, intriso della consapevolezza che anche per coloro che si fossero posti al servizio del male esiste una speranza di salvezza racchiusa nel mistero della predestinazione divina.

I punti di contatto rilevati sono concentrati prevalentemente nei primi quattro paragrafi e, in due casi, si configurano come delle vere e proprie riprese letterali, le uniche di tutto il *Commentario*:

Paragrafo	Elemento mutuato	Fonti
1	L'uomo esiliato sulla terra lontano da Dio (<i>peregrinatio uitae</i>)	Aug Conf 1, 1 Aug DoChr 1, 4 Aug Ps 38, 10 Aug Ps 76, 1 Aug Ps 76, 4
	Cecità quale conseguenza del peccato di Adamo	Aug IohTrac 34, 9 Aug IohTrac 44, 1
	Strategia dell' <i>insinuatio</i> impiegata dalla Scrittura per portare all'uomo il messaggio di Dio	Aug CDei 15, 25
2	Ripresa dell'immagine <i>machinis leuare</i>	Aug Sermo 53/A, 6
4	<i>extra corpus fieri</i> ripreso alla lettera, ma in contesto diverso	Aug Sermo 162, 1
	Come la paglia riveste il frumento, così la lettera avvolge il senso recondito del messaggio divino	Aug Conf 6, 4
	Colui che si ferma alla lettura del senso letterale del testo sacro degrada sé stesso fino al rango delle bestie	Aug IohTrac 24, 5
	I <i>mysteria</i> di Dio vengono svelati solo a chi li studia con lo spirito giusto; le difficoltà poste dal testo sacro sono utili a incitare gli uomini all'approfondimento	Aug DoChr 2, 6 Aug Sermo 60/A, 1
18	All'unione mistica tra Dio e l'uomo si oppone la paura	Aug Ps 90, 2
19	Il cuore dell'uomo cessa da ogni sua inquietudine solo nell'incontro con Dio alla fine della vita	Aug Conf 1, 1
43	<i>in feruore caritatis</i> ripreso alla lettera	Aug Sermo 295, 5
45-46	Adesione alla concezione agostiniana della predestinazione dell'uomo e della prescienza di Dio	Aug Ench 24 Aug Ep 194, 6

f) Gerolamo

Lo Stridonense era certamente noto a Gregorio per quanto attiene alla sua opera di traduttore della Bibbia e degli scritti di Origene. Le rare attestazioni di opere originali di questo autore fra le fonti gregoriane sono state evidenziate tutte in prossimità di interpretazioni che alla fine del VI secolo erano ormai entrate nella topica relativa al *Cantico dei cantici*: nello specifico si tratta del *topos* secondo il quale l'epitalamio veterotestamentario era un testo molto difficile da esplicitare (Greg CtExp 6) e delle etimologie di alcuni nomi geografici e di persona presenti nel libro sacro (Greg CtExp 32 e 36).

g) Giovanni Cassiano

Il Gillet nel suo studio introduttivo ai *Moralia* ha individuato numerose influenze cassiane nell'opera del papa dedicata al commento del libro di *Giobbe*; tali influenze, come osserva lo studioso, riguardano esclusivamente elementi afferenti agli ambiti della psicologia e dell'ascesi⁷. Quanto all'*Expositio in Canticis*, si è potuta registrare una ripresa altamente probabile di un passaggio delle *Conlationes* relativo a un tema strettamente legato alla pratica ascetica:

Paragrafo	Elemento mutuato	Fonti
5	Offerta di un <i>holocaustum mentis</i>	Cassia Conl 21, 26

h) Leone Magno

Anche nell'unico debito contratto con un suo predecessore sulla cattedra romana, Gregorio pare procedere con metodica sistematicità: egli assorbe infatti l'intelaiatura del discorso ma la sostanzia con elementi propri. Inoltre, nel caso in oggetto, alla condivisa consapevolezza che l'essere nuove creature impegna quotidianamente il popolo di Dio a imitare la resurrezione, fa da sostegno scritturale comune il medesimo passo neotestamentario:

Paragrafo	Elemento mutuato	Fonti
4	<i>resurrectionis imitatio</i> + comune riferimento scritturale (2Cor 5,17)	Leo Trac 71

i) Filone di Carpasia

Difficilmente Gregorio poté fruire del *Commentario* greco di Filone; è plausibile piuttosto che il pontefice ne possa aver recepito l'esegesi grazie alla traduzione latina approntata in ambito vivariense da Epifanio Scolastico. Il lavoro di *Quellenforschung* tuttavia non ha dato risultati tali da far pensare a un rapporto

⁷ Cfr. Gillet, *Introduction* cit., p. 89 e ss.

tra lo scritto del patriarca romano e quello del suo predecessore orientale: quattro dei cinque luoghi che accomunerebbero i due esegeti sono condivisi con la ben più autorevole ermeneutica di Origene (Greg CtExp 7, 12 e 20) o concernono elementi topici sicuramente noti al papa (Greg CtExp 32); l'ultimo dei possibili contatti, quello relativo al cantico della profetessa Anna, che a livello di fonti parrebbe conoscere la sola concorrenza di Apponio, potrebbe essersi originato dalla conoscenza di quest'ultimo o, indipendentemente, a partire da una condivisa e approfondita frequentazione delle Sacre Scritture (Greg CtExp 7).

j) Apponio

Per Apponio, come si è detto, si pongono due questioni fondamentali che è bene ribadire: la datazione incerta, collocata dagli studiosi fra il IV secolo e il principio dell'VIII, e il conseguente problema di stabilire la direzione di un eventuale influsso. Le intersezioni fra i due commentari sono ben ventiquattro: in otto di esse tra le fonti concorrenti vi è Origene (Greg CtExp 7, 13, 20, 26), a monte delle restanti si trovano archetipi egualmente plausibili (Greg CtExp 32, 34, 36, 42). I punti di contatto che legano Gregorio ad Apponio in via esclusiva paiono essere sei:

Paragrafo	Elemento mutuato	Fonti
8	Il Signore aveva promesso di prendere in sposa la Chiesa: comunanza dei primi due allegati scritturali presentati nella stessa sequenza (Os 2,19-20 + Ger 2,2)	App Ct I, 14
	L'unione mistica fra Cristo e la Chiesa è celebrata come già consumata nel Nuovo Testamento: comunanza degli allegati scritturali (2Cor 2,2 + Ef 5,27)	App Ct I, 14
32	<i>filiae Hierusalem</i> = popolo ebraico ostile ai neo-convertiti al cristianesimo	App Ct I, 42
	<i>nigra</i> = la Chiesa proveniente dai Giudei viene disprezzata per la sua apostasia	App Ct I, 42
42	<i>sodales</i> = amici di Dio solo in apparenza, in realtà predicatori eretici	App Ct II, 10
	Elenco di alcuni dei maggiori eresiarchi	App Ct II, 10

AmMESSO che Apponio sia vissuto prima di Gregorio, al prospetto dei luoghi paralleli appena proposto va aggiunto che il papa parrebbe rapportarsi a

questo ricchissimo scritto con una certa metodicità: egli attinge alla copiosa abbondanza degli *exempla* biblici offerti da Apponio, offrendo al pubblico dei suoi uditori solo dei saggi, mirati a puntellare la propria costruzione esegetica. Oltre ai due esempi appena proposti di ripresa per estratto degli allegati scritturali, è curioso notare che, anche in un altro passaggio del prologo, Gregorio con un procedimento analogo aveva attinto solo le prime due citazioni di Es 15,21 e Dt 32,1 (Greg CtExp 7). In quest'ultimo caso tuttavia la comunanza con Origene priva quella con Apponio – per quanto non la neghi – dell'esclusività che si osserva per le altre due.

k) Giusto d'Urgell

Il debito che Gregorio Magno contrae con questo esegeta si articola in undici punti, dei quali due a carattere esclusivo, uno in concorrenza con Gregorio d'Elvira, tre con Apponio, uno infine con Gregorio d'Elvira e Apponio. L'ipotesi che il papa possedesse nella sua biblioteca una copia dell'*Explanatio* del vescovo catalano sembra tutt'altro che remota. Durante il VI secolo lo scritto era sicuramente posseduto da Leandro di Siviglia: a lui potrebbe andare il merito di aver fatto conoscere il *Commentario* di Giusto nella Roma gregoriana, a partire dalla quale l'opera si sarebbe poi diffusa nell'Italia centrale⁸. Per ciò che riguarda nello specifico le relazioni più stringenti fra questo esegeta e lo scritto oggetto del presente studio, esse si concentrano esclusivamente nella sezione dedicata al commento sistematico ai lemmi. Il quadro delle possibili interdipendenze si delinea come segue:

Paragrafo	Elemento mutuato	Fonti
19	<i>osculum</i> = pace interiore	Iust Ct I, 1
29	<i>ubera sponsi</i> = apostoli e predicatori	Iust Ct I, 2 e 6
35	I neo-convertiti, perseguitati e respinti, abbandonano la Giudea e si dedicano alla conversione dei pagani + comune allegato (At 13,46)	Iust Ct I, 11
42	Smarrirsi dell'anima dei fedeli al seguito dei pastori eretici con riecheggiamento di Giusto quasi letterale	Iust Ct I, 13

⁸ Cfr. Giusto d'Urgell, *Explanatio in Cantica canticorum* cit., p. XLIX.

3) Gregorio ‘fonte’ di sé stesso

Un ulteriore aspetto emerso da questo studio è l’adesione dell’*Expositio in Canticis* a una tendenza gregoriana, comune all’intera produzione letteraria del pontefice, quella a ripetersi continuamente. Numerosi sono infatti i passi che rinviano ad altri scritti del catalogo delle sue opere o al suo *usus scribendi*. Il prospetto che segue dà conto in sintesi dei rapporti intratestuali più significativi riscontrabili all’interno del complesso degli scritti del vescovo di Roma⁹:

Paragrafo	Rapporto intratestuale	Passi paralleli
1	Uno stato di torpore e di gelo impedisce all’uomo di penetrare il divino per via della sua oramai congenita lontananza da Dio (<i>torpor insensibilitatis</i>) <i>torpor insensibilitatis</i>	Greg Dial 4, 1 Greg EvHom 1, 2, 1 Greg Mor praef. 6 Greg Mor 5, 29 e 34 Greg Mor 7, 6 Greg Mor 8, 30 Greg Mor 31, 9 e 12
2	<i>machina</i> elevatrice	Greg Mor 1, 34 Greg Mor 5, 31 Greg Mor 6, 37
3	<i>anima refricata</i> Dio, mediante l’allusione a parti anatomiche, guida l’uomo alla scoperta del suo amore Abbassamento di Dio finalizzato all’innalzamento dell’uomo (sebbene non esclusivo gregoriano)	Greg EzHom 2, 3, 18 Greg Mor 32, 5 Greg EvHom 2, 30, 9 Greg Mor 2, 35
4	<i>extra corpus fieri</i> (di origine agostiniana) Identità fra veste nuziale e <i>caritas</i> Funzione didascalica della <i>pictura</i> Separazione fra gli uomini e i discepoli e postulata superiorità di questi ultimi sui primi (su base paolina) La Sacra Scrittura eleva chi si pone in suo ascolto: la sapienza non proviene pertanto dalla cultura ma è <i>caelitus aspirata</i> , quale dono della gratuità celeste (richiamo, sebbene non esplicito, alla figura di Benedetto)	Greg CtExp 4 Greg Mor 7, 35 Greg Mor 10, 8 e 17 Greg Mor 24, 11 Greg RegEp I, 5 Greg EvHom 2, 38, 9 Greg RegEp V, 53 Greg RegEp IX, 209 Greg RegEp XI, 10 Greg Mor 18,54 Greg Dial 2, prolog. 1

⁹ Anche in questo caso, per una discussione articolata dei singoli rapporti intratestuali si rinvia alle rispettive sezioni dedicate nel capitolo di questo lavoro dedicato a *Le fonti*. I luoghi presi in considerazione, i cui concetti sono espressi in maniera schematica nel prospetto riassuntivo, possono essere consultati anche a partire dalla seconda fascia d’apparato (fonti letterarie non bibliche) del testo offerto in *Appendice* a questo studio.

	Resurrezione dell'uomo in corpo e anima (concetto tipicamente gregoriano, ma non esclusivo)	Greg Dial 4, 26 Greg EzHom 2, 8, 6-10 Greg EvHom 2, 35, 4 Greg Mor 14, 55-56 Greg Mor 14, 58
5	<i>mons</i> = Sacra Scrittura	Greg Mor 30, 19 Greg Mor 33, 1
	La bestia che perde la vita dopo aver toccato il monte (Eb 12,20) immagine di coloro i quali si avvicinano alla Sacra Scrittura mentre sono ancora dediti ai moti irrazionali della carne	Greg Mor 6, 37
	<i>amoris igne succendere</i>	Greg Mor 18, 26 Greg Mor 31, 10
	<i>holocaustum mentis offerre</i> (di probabile derivazione cassianea)	Greg Mor 16, 42 Greg RegEp I, 58
7	Legame fra esperienza mistica e talamo dove si consuma l'amore degli sposi	Greg EzHom 2, 5, 17
9	<i>scala</i> = elemento simbolico di origine scritturale tramite il quale si giunge a un obiettivo	Greg Mor 3, 8 Greg Mor 5, 34 Greg Mor 15, 46
12	<i>dona</i> e <i>munera</i> stimoli coi quali Dio ha richiamato il suo popolo in epoca precristiana	Greg Mor 14, 42
	Baci dello Sposo = desiderio, nutrito dal popolo della speranza messianica, della presenza e della predicazione diretta da parte di Cristo	Greg Dial 4, 44
13	Titolo cristologico: <i>Christus sapientia Dei</i>	Greg Mor 2, 8 Greg Mor 18, 44 Greg Mor 18, 51 Greg Mor 18, 54 Greg Mor 33, 16
	<i>Temperatio</i>	Greg EzHom 1, 2, 14 Greg EzHom 1, 8, 25 Greg Mor 25, 12
18	L'episodio del bacio della peccatrice di Betania e il rimprovero mosso da Cristo al fariseo che lo ospitava (Lc 7,44-45) associati al bacio di Ct 1,1a	EvHom 2, 33, 6
22	<i>adulescentulae</i> = anime degli eletti rinnovate per mezzo del battesimo	Greg Mor 24, 4
25	L'erudizione è superflua e talvolta persino dannosa (ripresa del modello benedettino dello <i>scienter nescius et sapienter indoctus</i>)	Greg Dial 2, prolog. 1
	La sapienza degli eretici, all'apparenza perfetta, li porta a seguire le proprie virtù preferendole alla salvezza dell'anima	Greg Mor 27, 49
27	L'epiteto <i>filius hominis</i> impiegato per ricordare al profeta la sua natura umana ed evitare che egli monti in superbia a causa della sublimità delle realtà che è chiamato a contemplare	Greg EzHom 1, 12, 22
40	Percezione degli oneri terreni quale elemento di disturbo che allontana l'uomo dalla quiete della vita contemplativa	Greg Dial 1, 1 Greg EvHom 1, 17, 14 Greg RegEp V, 53
41	Anima amante attraverso il desiderio	Greg EvHom 2, 33, 7 Greg Mor 2, 11 Greg Mor 30, 26
42	Il papa riconosce agli eretici il possesso di potenti mezzi	Greg Mor 5, 27

	intellettuali indirizzati all'esibizione della loro scienza	
44	Conoscenza di sé (sulla base del precetto delfico γνῶθι σεαυτόν)	Greg Mor 16, 44 Greg Mor 30, 17
	<i>Actio populi</i>	Greg RegPast 2, 1

Lo studio delle fonti condotto sul *Commentario al Cantico dei cantici*, consente di formulare alcune considerazioni di carattere generale sull'opera e sulla sua paternità.

Numerosi elementi, messi in luce nel corso di questa ricerca e già segnalati nel capitolo appositamente dedicato a *Le fonti* (pp. 95-202), sembrerebbero confermare l'appartenenza dell'*Expositio* al novero degli scritti gregoriani. Si può aggiungere che anche dal bilancio generale appena tracciato l'opera si presenta perfettamente organica alla prassi esegetica di Gregorio Magno.

Oltre alle frequenti riprese intratestuali che legano questo testo e le altre opere del pontefice, depongono a favore di una collocazione gregoriana dello scritto anche i delicati equilibri intertestuali emersi nel corso di questo sintetico bilancio finale. Fra tutti gli elementi affiorati, spiccano per il loro carattere congiuntivo l'importanza rivestita dal magistero del vescovo di Ippona e l'atteggiamento di prudente distacco mantenuto nei confronti di Origene. Entrambi si inscrivono infatti nell'ambito della prassi compositiva gregoriana. Relativamente ad Agostino va sottolineato inoltre che, come in altre opere del vescovo di Roma, la centralità di questo Padre della Chiesa è marcata non solo dalla comunanza dei contenuti, ma anche in termini di riprese *ad litteram*: sembra molto significativo che le uniche citazioni letterali contenute nell'*Expositio* provengono proprio dagli scritti dell'Ipponate¹⁰.

Lo stesso contegno di distacco mantenuto nei confronti della tradizione classica e il ricorso a Cassiano sono già stati osservati per i *Moralia* da Claude Dagens e Robert Gillet e si inscrivono nell'*usus* del pontefice¹¹.

Nel complesso le affermazioni riferite dal Gillet al *Commento morale a Giobbe* sono valide e applicabili anche al *Commentario al Cantico dei cantici*:

¹⁰ Sulla fortuna agostiniana in Gregorio cfr. Vincenzo Recchia, *La memoria di Agostino nella esegesi biblica di Gregorio magno*, in «Augustinianum», 25 (1985), pp. 395-424 e Simona Gavinelli, *Agostino*, in *Enciclopedia gregoriana* cit., pp. 5-7.

¹¹ Cfr. Dagens, *Introduzione* cit, p. 52-4 e Gillet, *Introduction* cit. pp. 89-109.

anche il lettore dell'*Expositio* infatti, sebbene non riesca a individuare con certezza dei prestiti precisi, «épreuve constamment l'impression de choses déjà entendues» e si sente continuamente «en présence d'une vaste communauté d'atmosphère»¹².

¹² *Ibid.*, p. 13.

APPENDICE*

* L'Appendice riproduce il testo stabilito da P. Verbraken ed emendato da R. Bélanger (Grégoire le Grand, *Commentaire sur le Cantique des cantiques. Introduction, traduction, notes et index*, par R. Bélanger, Paris, Les Éditions du CERF 1984 [Sources Chrétiennes, 314], pp. 68-140), accompagnato da una doppia fascia d'apparato allestita allo scopo di illustrare in forma sintetica i risultati raggiunti in questa ricerca. La prima fascia (composta da note contraddistinte da una numerazione in cifre arabiche) dà conto dei rapporti fra il *Commentario* e le Sacre Scritture; la seconda (costituita da segni alfabetici latini) offre una panoramica dei debiti contratti dall'autore con la produzione letteraria pregressa e con le altre opere appartenenti al catalogo dei suoi scritti. L'abbreviazione "cfr." segnala che la fonte è ripresa sotto forma di riecheggiamento, la sua assenza denota una dipendenza letterale dal testo di partenza. La sigla "LXX" giustapposta ad alcune fonti scritturali avverte che il testo biblico citato è una versione *vetus Latina* che, ricalcando più da vicino la traduzione greca dei *Settanta*, diverge in modo sostanziale dalle altre traduzioni *veteres* e dalla *Vulgata* geronimiana. Le informazioni racchiuse fra parentesi tonde contengono espressioni o allegati biblici provenienti dalla fonte, simili o equivalenti a quelli impiegati nel passaggio dell'*Expositio* cui la nota si riferisce. La ripresa in apparato di segmenti testuali del *Commentario* indica che la fonte individuata interessa l'intera sezione testuale ripresa. Il carattere corsivo conferito ad alcune parole riportate nella seconda fascia evidenzia una probabile ripresa da parte di Gregorio del concetto contraddistinto con tale carattere.

IN NOMINE DOMINI INCIPIT
EXPOSITIO IN CANTICIS^a CANTICORVM
A CAPITE DE EXCEDA RELEVATA
DOMNI GREGORII PAPAE VRBIS ROMAE

1. Postquam a paradisi gaudiis expulsum est¹ genus humanum, in istam peregrinationem uitae^b praesentis ueniens² caecum cor ab spiritali intellectu³ habet. Cui caeco cordi^{4/c} si diceretur uoce diuina: «Sequere deum»⁵ uel «Dilige deum»⁶, sicut ei in lege dictum est, semel foris missum et per torporem insensibilitatis frigidum^d non caperet quod audiret. Idcirco per quaedam enigmata⁷ sermo diuinus animae torpenti et frigidae loquitur et de rebus, quas nouit, latenter insinuat^e ei amorem, quem non nouit^f.

2. Allegoria enim animae longe a deo positae quasi quandam machinam^g facit, ut per illam leuetur^h ad deum. Interpositis quippe enigmatibus^{8/i}, dum quiddam in uerbis cognoscit, quod suum est, in sensu uerborum intellegit, quod non est suum, et per terrena uerba separatur a terra. Per hoc enim, quod non abhorret cognitum, intellegit quiddam incognitum. Rebus enim nobis notis, per quas allegoriae conficiuntur, sententiae diuinae uestiuntur^j et, dum recognoscimus exteriora uerba, peruenimus ad interiorem intellegentiam^k.

3. Hinc est enim, quod in hoc libro, qui in Canticis canticorum conscriptus est, amoris quasi corporei uerba ponuntur: ut a torpore suo anima per sermones suae consuetudinis refricata^l recalescat et per uerba amoris, qui infra est, excitetur ad

¹ Cfr. Ez 28,13; Gn 3,23.

² in istam peregrinationem uitae praesentis ueniens: cfr. Gn 17,8; Gn 47,9; 2Cor 5,6.

³ spiritali intellectu: Col 1,9.

⁴ Cfr. Mc 3,5; Ef 4,17-18.

⁵ Cfr. Mt 8,22; Mt 19,21.

⁶ Sir 13,18.

⁷ Cfr. Gb 13,17.

⁸ Cfr. Nm 12,8; 1Cor 13,12.

^a Canticis: Orig CtHom Hieronymi epistula; Greg CtExp 6.

^b peregrinationem uitae: cfr. Aug DoChr 1, 4; Aug Conf 1, 1; Aug Ps 38, 10; Ivi 76, 1; Ivi 76, 4. *peregrinatio uitae*: Aug CALP II, 1069; Aug Ps 148; RegM 90, 29; Greg EzHom 2, 10.

^c Aug IohTrac 34, 9; Ivi 44, 1.

^d per torporem insensibilitatis frigidum: Greg Mor 31, 9; Ivi 31, 12.

^e *insinuatio*: cfr. Aug CDei 15, 25.

^f Postquam a paradisi [...] quem non nouit: Greg Dial 4, 1; Greg Mor praef. 6; Greg Mor 5, 29; Ivi 5, 34; Ivi 7, 6; Ivi 8, 30; Greg EvHom 1, 2, 1.

^g machinam: Greg Mor 1, 34; Ivi 5, 31; Ivi 6, 37.

^h *machinis leuare*: cfr. Aug Sermo 53/A, 6.

ⁱ Cfr. Greg EzHom 1, 9, 29.

^j *sententiae vestiuntur*: cfr. Cic Brut 274; Front Ep 1, 2, 4; Aug Conf 5, 5, 28.

^k peruenimus ad interiorem intellegentiam: Aug CALP II, 596; Greg EzHom 2, 8, 3. *Intelligentiam interioris*: Hil Mt 997; Hil Ps 124, 2; Orig NmHom 20, 1, 23; Orig IdcHom 5, 2, 28; Euch Instr 1, 205; Apr Ap 1, 4; Ver Cantica 2, 18.

^l *anima refricata*: Greg EzHom 2, 3, 18.

amorem, qui supra est. Nominantur enim in hoc libro oscula, nominantur ubera, nominantur genae, nominantur femora; in quibus uerbis non irridenda est sacra descriptio, sed maior dei misericordia consideranda est: quia, dum membra corporis nominat^m et sic ad amorem uocat, notandum est quam mirabiliter nobiscum et misericorditer operatur, qui, ut cor nostrum ad instigationem sacri amoris accenderet, usque ad turpis amoris nostri uerba distendit. Sed, unde se loquendo humiliat, inde nos intellectu exaltat^{9/n}: quia ex sermonibus huius amoris discimus, qua uirtute in diuinitatis amore ferueamus.

4. Hoc autem nobis sollerter intuendum est, ne, cum uerba exterioris amoris audimus, ad exteriora sentienda remaneamus et machina, quae ponitur ut leuet, ipsa magis opprimat ne leuemur^o. Debemus enim in uerbis istis corporeis, in uerbis exterioribus, quidquid interius est quaerere et, loquentes de corpore, quasi extra corpus fieri^p. Debemus ad has sacras nuptias sponsi et sponsae cum intellectu intimae caritatis, id est cum ueste uenire nuptiali^{10/q}. Necesse est: ne, si ueste nuptiali, id est digna caritatis intellegentia, non induimur, ab hoc nuptiarum conuiuio¹¹ in exteriores tenebras¹², id est in ignorantiae caecitate¹³, repellamur. Debemus per haec uerba passionis transire ad uirtutem impassibilitatis. Sic est enim scriptura sacra in uerbis et sensibus, sicut pictura^r in coloribus et rebus: et nimis stultus est, qui sic picturae coloribus inheret, ut res, quae pictae sunt, ignoret. Nos enim, si uerba, quae exterius dicuntur, amplectimur et sensus ignoramus, quasi ignorantes res, quae depictae sunt, solos colores tenemus. *Littera occidit, scriptum est, spiritus autem uiuificat*¹⁴. Sic enim littera cooperit^s spiritum, sicut palea tegit frumentum^t. Sed iumentorum^u est paleis uesci, hominum frumentis. Qui ergo humana ratione utitur, iumentorum paleas abiciat et frumenta spiritus edere festinet. Ad hoc quippe utilis est, ut mysteria litterae inuolucris tegantur, quatenus sapientia requisita plus sapiat^v. Hinc enim scriptum est: *Sapientes abscondunt intellegentiam*¹⁵: quia nimirum sub tegmine litterae

⁹ Cfr. Fil 2,6-11.

¹⁰ Cfr. Mt 22,11-12.

¹¹ Cfr. Tb 9,12.

¹² Cfr. Mt 8,12 e ss.

¹³ Cfr. Ef 4,18.

¹⁴ 2Cor 3,6.

¹⁵ Pv 10,14.

^m Cfr. Greg Mor 32, 5.

ⁿ Cfr. Greg EvHom 2, 30, 9; Greg Mor 2, 35. *Simile a simili*: Socr Gor 510b. *Simile a simili saluator*: Ir Adv 3, 19, 1; Aug Ps 103, 4, 1; App Ct I, 5.

^o Cfr. Orig ExHom 6, 6; Aug SpLit 4, 6.

^p extra corpus fieri: Aug Sermo 162, 1. Cfr. Greg Mor 7, 35 e Greg RegEp I, 5 (extra carnem fieri); Greg Mor 10, 8 (extra carnem tolli); Ivi 10, 17 (extra carnem rapi); Ivi 24, 11 (ultra se rapi); Greg CtExp 4 (extra homine esse).

^q Cfr. Greg EvHom 2, 38, 9.

^r Funzione didascalica della *pictura*: Greg RegEp V, 53; Ivi IX, 209; Ivi XI, 10.

^s Cfr. Aug Conf 6, 4.

^t Cfr. Aug IohTrac 24, 5.

^u Cfr. Aug DoChr 3, 5.

^v Cfr. Aug Sermo 60/A, 1; Aug DoChr 2, 6; Greg EzHom 1, 6, 1.

spiritualis intellegentia cooperitur. Hinc rursum in eodem libro dicitur: *Gloria dei celare uerbum*¹⁶. Menti enim deum quaerenti tanto deus gloriosius apparet, quanto subtilius atque interius inuestigatur, ut appareat. Sed numquid, quod in mysteriis deus celat, nos requirere non debemus? Debemus utique; nam sequitur: *Et gloria regum inuestigare sermonem*¹⁷. Qui enim iam corpora sua uel motus carnis regere et inuestigare nouerunt, reges sunt. Regum ergo gloria est inuestigare sermonem: quia bene uiuentium laus est perscrutari secreta mandatorum dei. Humanae ergo conuersationis uerba audientes, quasi extra homines esse debemus: ne, si humaniter quae dicuntur audimus, nihil diuinitatis de his, quae audire debemus, sentire possimus. Quasi iam non homines esse desiderabat Paulus discipulos suos, quibus dicebat: *Cum enim sit inter uos zelus et contentio*¹⁸, *nonne homines estis?*¹⁹ Quasi non iam aestimabat homines discipulos suos dominus, cum dicebat: *Quem dicunt homines esse filium hominis?*²⁰ Cui, cum uerba hominum respondissent, illico adiunxit: *Vos autem quem me dicitis?*²¹ Cum enim super dicit «homines» ac deinde subiungit «uos autem», inter homines et discipulos quandam distantiam fecit^w: quia uidelicet, diuina eis insinuans, esse eos supra homines faciebat^x. Ait apostolus: *Si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transierunt*²². Et scimus quia in resurrectione nostra ita corpus spiritui adnectitur^y, ut omne, quod fuerat passionis, in uirtute spiritus²³ adsumatur. Is ergo, qui deum sequitur, imitari debet cotidie resurrectionem suam^z: ut, sicut tunc nihil passibile habebit in corpore, ita nunc nihil passibile habeat in corde; ut secundum interiorem hominem^{24/aa} iam noua creatura sit, iam quidquid uetustum sonuerit calcet, et in uerbis ueteribus solam uim nouitatis inquirat.

5. Scriptura enim sacra mons quidam est^{ab}, de quo in nostris cordibus ad intellegendum dominus uenit. De quo monte per prophetam dicitur: *Deus a Libano ueniet et sanctus de monte umbroso et condense*²⁵. Iste mons et condensus est per sententias et umbrosus per allegorias. Sed sciendum est quia, cum uox domini in monte sonat²⁶, uestimenta lauare praecipimur et ab omni carnis

¹⁶ Pv 25,2

¹⁷ Pv 25,2

¹⁸ 1Cor 3,3.

¹⁹ 1Cor 3,4.

²⁰ Mt 16,13.

²¹ Mt 16,15.

²² 2Cor 5,17.

²³ Cfr. Rm 15,19.

²⁴ Cfr. Gn 1,26-28; Gn 2,7-22; Rm 7,22-23; 2Cor 4,16; Ef 3,16.

²⁵ Ab 3,3.

²⁶ Cfr. Ct 2,14.

^w Cfr. Greg Mor 18,54.

^x Cfr. Greg Dial 2, prolog. 1.

^y Cfr. Greg Dial 4, 26; Greg EvHom 2, 35, 4; Greg EzHom 2, 8, 6-10; Greg Mor 14, 55-56 e 58.

^z *resurrectionis imitatio*: Amb ExSat 2, 53; Amb Virginit 6, 27; Cass PauEp 6; Leo Trac 71; Greg Mor 14, 55.

^{aa} Orig CtCom prol. 2, 4-5; Amb Ep IX, 69, 19; Amb Lc 8, 568.

^{ab} Cfr. Greg Mor 30, 19; Ivi 33, 1.

iniquatione²⁷ mundari, si ad montem accedere festinamus. Scriptum quippe est quia, *si bestia tetigerit montem, lapidabitur*²⁸. Bestia enim tangit montem, quando irrationabilibus motibus dediti scripturae sacrae celsitudini propinquant, et non eam secundum quod debent intellegunt, sed irrationabiliter ad suae uoluptatis intellegentiam flectunt^{ac}. Omnis enim absurdus uel sensu piger, si circa hunc montem uisus fuerit, atrocissimis sententiis ueluti lapidibus necatur. Ardet enim mons iste²⁹: quia scriptura sacra uidelicet, quem spiritaliter replet, amoris igne succendit^{ad}. Vnde scriptum est: *Ignitum eloquium tuum*³⁰. Vnde, cum uerba dei audirent quidam in uia ambulantes, dixerunt: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis scripturas?*³¹ Vnde per Moysen dicitur: *In dextera eius ignea lex*³². Sinistra dei iniqui accipiuntur, qui in dextera parte non transeunt; dextera dei electi sunt, qui a sinistris separantur³³. In dextera ergo dei lex ignea est: quia in electorum cordibus, qui ad dexteram ponendi sunt, flagrant praecepta diuina et caritatis ardore succensa sunt. Iste ergo ignis, quidquid in nobis est exterius rubiginis et uetustatis³⁴, exurat: ut mentem nostram uelut holocaustum in dei contemplatione offerat^{ae}.

6. Nec uacue adtendendum est, quod liber iste non «canticum» sed «Canticum canticorum» uocatur. Sicut enim in ueteri testamento alia sunt sancta et alia sancta sanctorum³⁵, alia sabbata et alia sabbata sabbatorum³⁶, ita in scriptura sacra alia sunt cantica et alia Cantica canticorum. Sancta erant in tabernaculo et quae exterius agebantur, sabbata erant quae et singulis ebdomadibus celebrabantur; sed sancta sanctorum secretiori quadam ueneratione suscipiebantur, et sabbata sabbatorum nonnisi in suis festiuitatibus colebantur. Ita Cantica canticorum secretum quoddam et sollemne interius est. Quod secretum in occultis intellegentiis penetratur^{af}: nam, si exterioribus uerbis adtenditur, secretum non est^{ag}.

²⁷ Cfr. Is 63,3; Ap 3,4.

²⁸ Eb 12,20; cfr. Es 19,12-13.

²⁹ *mons ardens*: cfr. Es 20,18; Dt 9,15; Ap 8,8.

³⁰ Sal 118,140.

³¹ Lc 24,32.

³² Dt 33,2.

³³ Cfr. Qo 10,2; Mt 25,33.

³⁴ Cfr. Pv 25,4; Rm 7,6.

³⁵ Cfr. Eb 9,1-5.

³⁶ Cfr. Lv 16,34 (LXX).

^{ac} Cfr. Greg Mor 6, 37.

^{ad} quia scriptura sacra [...] amoris igne succendit: cfr. Greg EvHom 2, 30, 5. *Amoris igne succendere*: Greg Mor 18, 26; Ivi 31, 10; *Ibid*.

^{ae} Vnde scriptum est [...] dei contemplatione offerat: Greg EvHom 2, 30, 5. *Holocaustum mentis offerre*: Greg RegEp I, 58; cfr. Cassia Conl 21, 26; Greg Mor 16, 42.

^{af} Cfr. Hier Abd 45.

^{ag} Nec uacue adtendendum [...] secretum non est: cfr. Or CtHom 1, 1.

7. Sciendum est etiam quia in scriptura sacra alia sunt cantica uictoriae^{ah}, alia cantica exhortationis et contestationis, alia cantica exultationis, alia cantica adiutorii, alia cantica coniunctionis cum deo. Canticum uictoriae est, quod Maria, transacto mari rubro, cecinit dicens: *Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est, equum et ascensorem proiecit in mare*^{37/ai}. Canticum exhortationis et contestationis est, quod Moyses israhelitis ad terram repromissionis propinquantibus dixit: *Adtende, caelum, et loquar: audiat terra uerba ex ore meo*^{38/aj}. Canticum exultationis est, quod Anna, prospecta fecunditate ecclesiae in semetipsa, cecinit dicens: *Exultauit cor meum in domino*^{39/ak}. Vbi per semetipsam figurate fecunditatem prolis ecclesiasticae expressit, cum dicit: *Sterilis peperit plurimos et, quae multos habebat filios, infirmata est*⁴⁰. Canticum adiutorii Dauid post proelium cecinit dicens: *Diligam te, domine, uirtus mea*^{41/al}. Canticum uero coniunctionis cum deo^{am} hoc est canticum, quod in nuptiis sponsi et sponsae canitur, id est Canticum canticorum. Quod tanto est omnibus canticis sublimius, quanto et in nuptu sollemnitatis sublimioris offertur^{an}. Per illa enim cantica uitia deuitantur, per ista uero unusquisque uirtutibus locupletatur; per illa cauetur hostis, per haec dominus familiari amore complectitur^{ao}.

8. Et notandum, quia aliquando se dominus in scriptura sacra dominum uocat, aliquando patrem, aliquando sponsum. Quando enim uult se timeri, dominum se nominat; quando uult honorari, patrem^{ap}; quando uult amari, sponsum. Ipse per prophetam dicit: *Si dominus ego sum, ubi est timor meus? Si pater ego sum, ubi est honor meus?*⁴² Et rursum dicit: *Desponsauit te mihi in iustitia et fide*⁴³. Vel certe: *Recordatus sum diei desponsationis tuae in deserto*^{44/aq}. Et quidem apud deum quando et quando non est; sed, quia prius timeri se uult ut honoretur, et prius honorari ut ad eius amorem perueniatur, et dominum se propter timorem nominat et patrem propter honorem et sponsum propter amorem: ut per timorem ueniatur ad honorem, per honorem uero eius perueniatur ad amorem. Quanto ergo dignius est honor quam timor, tanto plus gaudet deus pater dici quam dominus: et,

³⁷ Es 15,1 = Es15,21.

³⁸ Dt 32,1.

³⁹ 1Sam 2,1.

⁴⁰ 1Sam 2,5.

⁴¹ Sal 17,2.

⁴² Mt 1,6.

⁴³ Os 2,19-20.

⁴⁴ Ger 2,2.

^{ah} App Ct I, 16.

^{ai} Cfr. Orig CtHom 1, 1; App Ct I, 16.

^{aj} Cfr. Orig CtHom 1, 1; App Ct I, 16.

^{ak} Cfr. App Ct I, 16; Phil Ct praef.

^{al} Cfr. Orig CtHom 1, 1; App Ct I, 16.

^{am} coniunctionis cum deo: cfr. Greg EzHom 2, 5, 17.

^{an} Cfr. Orig CtHom 1, 1; Phil Ct praef.

^{ao} familiari amore complectitur: cfr. Greg EzHom 2, 5, 17.

^{ap} Cfr. Chr Sermo 2, 12.

^{aq} Os 2,19-20 + Ger 2,2: App Ct I, 14.

quanto carius est amor quam honor, tanto plus gaudet deus sponsus dici quam pater. In hoc ergo libro dominus et ecclesia non «dominus» et «ancilla», sed «sponsus» nominatur et «sponsa»: ut non soli timori, non soli reuerentiae, sed etiam amoris deseruiatur et in his uerbis exterioribus incitetur affectus interior. Cum se dominum nominat, indicat quod creati sumus⁴⁵; cum se patrem nominat, indicat quod adoptati⁴⁶; cum se sponsum nominat, indicat quod coniuncti. Plus autem est coniunctos esse deo, quam creatos et adoptatos. In hoc ergo libro, ubi sponsus dicitur, aliquid sublimius insinuat, dum in eo foedus coniunctionis ostenditur. Quae nomina in testamento nouo (quia iam peracta coniunctio uerbi et carnis⁴⁷, Christi et ecclesiae, celebrata est) frequenti iteratione memorantur. Vnde Iohannes dicit, domino ueniente: *Qui habet sponsam, sponsus est*⁴⁸. Vnde idem dominus dicit: *Non ieiunabunt filii sponsi, quandiu cum illis est sponsus*⁴⁹. Vnde ecclesiae dicitur: *Desponsauit uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo*⁵⁰. Et rursum: *Vt exhiberet gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam*⁵¹. Et rursum in Apocalypsi Iohannis: *Beati, qui ad coenam nuptiarum agni uocati sunt*⁵². Et rursum ibidem: *Et uidi sponsam quasi nouam nuptam descendentem de caelo*^{53/ar}.

9. Nec hoc a magno mysterio abhorret, quod liber iste Salomonis tertius in opusculis eius ponitur. Veteres enim tres uitae ordines esse dixerunt: moralem, naturalem et contemplatiuam; quas graeci uitas ethicam, fisicam, theoricam nominauerunt. In Prouerbiis quoque moralis uita exprimitur, ubi dicitur: *Audi, fili mi, sapientiam meam et prudentiae meae inclina aurem tuam*⁵⁴. In Ecclesiasten uero, naturalis: ibi quippe, quod omnia ad finem tendant, consideratur, cum dicitur: *Vanitas uanitatum et omnia uanitas*⁵⁵. In Canticis uero canticorum contemplatiua uita exprimitur, dum in eis ipsius domini aduentus et adspectus desideratur, cum sponsi uoce dicitur: *Veni de Libano, ueni*^{56as}. Hos etiam ordines trium patriarcharum uita signauit: Abraham, Isaac uidelicet et Iacob. Moralitatem quippe Abraham oboediendo tenuit⁵⁷. Isaac uero naturalem uitam puteos fodiendo figurauit⁵⁸: in imo enim puteos fodere est per considerationem naturalem omnia, quae infra sunt, perscrutando rimari. Iacob uero contemplatiuam uitam tenuit, qui

⁴⁵ Cfr. Gn 5,2.

⁴⁶ Cfr. Rm 8,15.

⁴⁷ Cfr. Gv 1,14.

⁴⁸ Gv 3,29.

⁴⁹ Mt 9,15.

⁵⁰ 2Cor 11,2.

⁵¹ Ef 5,27.

⁵² Ap 19,9.

⁵³ Ap 21,2.

⁵⁴ Pv 5,1.

⁵⁵ Qo 1,2.

⁵⁶ Ct 4,8.

⁵⁷ Cfr. Gn 12,4.

⁵⁸ Cfr. Gn 26,18-22.

^{ar} In hoc ergo [...] descendentem de caelo: App Ct I, 14.

^{as} Veteres enim tres [...] de Libano, ueni: cfr. Orig CtComm prolog. 3, 1 e 6-7.

ascendentes et descendentes angelos uidit^{59/at}. Sed, quia naturalis consideratio ad perfectionem non perducitur, nisi prius moralitas teneatur, recte post Prouerbia Ecclesiastes ponitur. Et, quia superna contemplatio non conspicitur, nisi prius haec infra labentia despiciantur, recte post Ecclesiasten Cantica canticorum ponitur^{au}. Prius quippe est mores componere; postmodum omnia, quae adsunt, tamquam non adsint considerare; tertio uero loco munda cordis⁶⁰ acie superna et interna conspiciere^{av}. His itaque librorum gradibus quasi quandam ad contemplationem dei scalam^{61/aw} fecit: ut, dum primum in saeculo bene geruntur honesta, postmodum etiam honesta saeculi despiciantur, ad extremum etiam dei intima conspiciantur. Sic autem generaliter ex uoce ecclesiae aduentus domini in hoc opere praestolatur, ut etiam specialiter unaquaeque anima ingressum dei⁶² ad cor suum tamquam aditum sponsi in thalamum adspiciat.

10. Et sciendum quia in hoc libro quatuor personae loquentes introducuntur: sponsus uidelicet, et sponsa, adulescentulae uero cum sponsa, et greges^{ax} sodalium cum sponso. Sponsa enim ipsa perfecta ecclesia est; sponsus, dominus; adulescentulae uero cum sponsa sunt inchoantes animae et per nouum studium pubescentes; sodales uero sponsi sunt siue angeli, qui saepe hominibus ab ipso uenientes apparuerunt, seu certe perfecti quique uiri⁶³ in ecclesia, qui ueritatem hominibus nuntiare nouerunt. Sed hi, qui singillatim adulescentulae uel sodales sunt, toti simul sponsa sunt, quia toti simul ecclesia sunt^{ay}. Quamuis et iuxta unumquemque tota haec tria nomina accipi possint. Nam, qui deum iam perfecte amat, sponsa est; qui sponsum praedicat, sodalis est; qui adhuc nouellus uiam bonorum sequitur, adulescentula est. Inuitamur ergo, ut simus sponsa; si hoc necdum praeualemus, simus sodales; si neque hoc adepti sumus, saltem adhuc thalamum adulescentulae conueniamus. Quia igitur sponsum et sponsam dominum et ecclesiam diximus, uelut adulescentulae uel ut sodales audiamus uerba sponsi, audiamus uerba sponsae, et in eorum sermonibus feruorem discamus amoris.

⁵⁹ Cfr. Gn 28,12.

⁶⁰ Cfr. Pv 20,9.

⁶¹ Cfr. Gn 28,12-13.

⁶² Cfr. Sal 67,25.

⁶³ Cfr. Ef 4,13.

^{at} Hos etiam ordines [...] descendentes angelos uidit: Orig CtComm prolog. 3, 17-19.

^{au} Sed, quia naturalis [...] Cantica canticorum ponitur: Orig CtComm prolog. 3, 14-15.

^{av} Prius quippe est [...] et interna conspiciere: Orig CtCom prolog. 3, 22.

^{aw} Cfr. Greg Mor 3, 8; Ivi 5, 34; Ivi 15, 46.

^{ax} greges: Orig CtHom 1, 1; GregIII Ct praef.

^{ay} Et sciendum quia [...] simul ecclesia sunt: cfr. Orig CtHom 1, 1.

11. Itaque, sancta ecclesia, diu praestolans aduentum domini, diu sitiens fontem uitae, quomodo optet uidere praesentiam sponsi sui, quomodo desideret, edicat:

12. OSCVLETVR ME OSCVLIS ORIS SVI. Angelos ad eam dominus, patriarchas ad illam et prophetas miserat, spiritalia dona^{az} deferentes; sed ipsa uero munera^{bb} non per seruos sponsi, sed ipsum iam sponsum percipere quaerebat^{ba}. Ponamus ante oculos omne genus humanum ab exordio mundi usque ad finem mundi, totam uidelicet ecclesiam, unam esse sponsam, quae arras^{bc} spiritali dono per legem perceperat; sed tamen sponsi sui praesentiam quaerebat, quae dicit: *Osculetur me osculis oris sui*. Suspirans enim sancta ecclesia pro aduentu mediatoris dei et hominum⁶⁴, pro aduentu redemptoris sui, ad patrem uerba orationis facit, ut filium dirigat et sua illam praesentia inlustret, ut eidem ecclesiae non iam per prophetarum sed suo ore adlocutionem faciat^{bd}. Vnde et de eodem sponso in euangelio scriptum est, cum sederet in monte et sublimium praeceptorum uerba faceret: *Aperiens autem Iesus os suum, dixit*⁶⁵. Ac si dicatur: «Tunc os suum aperuit, qui prius ad exhortationem ecclesiae aperuerat ora prophetarum»^{be}.

13. Sed ecce, cum suspirat, cum quasi absentem quaerit, subito intuetur praesentem. Habet enim hoc gratia creatoris nostri, ut, cum de illo quaerentes eum loquimur, eius praesentia perfruamur. Vnde in euangelio scriptum est, quia, dum Cleopas et alius de illo in itinere uerba facerent, praesentem eum subito uidere meruerunt⁶⁶. Dum ergo sancta ecclesia incarnandum sponsum adhuc absentem desiderat, subito intuetur praesentem^{bf} atque subiungit^{bg}: QVIA MELIORA SVNT VBERA TVA VINO ET ODOR VNGVENTORVM TVORVM SVPER OMNIA AROMATA. Vinum fuit scientia legis, scientia prophetarum^{bh}. Sed ueniens dominus, quia sapientiam^{bi} suam per carnem uoluit praedicare, quasi fecit eam in carnis ubera lactescere: quam enim in diuinitate sua capere minime poteramus, in incarnatione eius agnosceremus^{bj}. Vnde non inmerito eius ubera laudantur: quia praedicationis eius condescensio hoc egit in cordibus nostris, quod doctrina legis agere minime ualuit. Plus enim nos nutriuit incarnationis praedicatio quam legis doctrina. Dicat ergo: Meliora sunt ubera tua super uinum.

⁶⁴ Cfr. 1Tm 2,5.

⁶⁵ Mt 5,2.

⁶⁶ Cfr. Lc 24,13-35; Lc 24,18.

^{az} dona: cfr. Greg Mor 14, 42.

^{ba} munera: cfr. Greg Mor 14, 42.

^{bb} Angelos ad eam [...] sponsum percipere quaerebat: Orig CtComm 1, 1, 5-7; Orig CtHom 1, 2; GregIll Ct 1, 4-5; Phil Ct 1, 55 e ss.

^{bc} arras: Orig CtComm 1, 1, 6.

^{bd} Cfr. Greg Dial 4, 44.

^{be} Vnde et de [...] aperuerat ora prophetarum: cfr. Greg Mor 14, 43.

^{bf} Dum ergo sancta [...] subito intuetur praesentem: Orig CtComm 1, 2, 1-2; Orig CtHom 1, 2.

^{bg} subiungit: Orig CtComm 1, 2, 2.

^{bh} Cfr. Orig CtCom 1, 6; GregIll Ct 1, 11; App Ct I, 19; Iust Ct 1, 2.

^{bi} *Christus sapientia Dei*: Greg Mor 2, 8; Ivi 18, 44; Ivi 18, 51; Ivi 18, 54; Ivi 33, 16.

^{bj} *Temperatio*: cfr. Greg Mor 25, 12; Greg EzHom 1, 2, 14 e 1, 8, 25.

14. Quod adhuc confirmans, subiungit ac dicit: *Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata*. Unguenta domini uirtutes sunt, unguentum domini spiritus sanctus fuit. De quo ei per prophetam dicitur: *Vnxit te deus, deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis*⁶⁷. Hoc oleo tunc unctus est, cum incarnatus: non enim prius homo extitit, et postmodum spiritum sanctum accepit; sed, quia spiritu sancto mediante incarnatus est⁶⁸, eodem hoc oleo tunc unctus est, cum homo creatus est. Odor ergo unguenti eius est fragrantia⁶⁹ spiritus sancti, qui, ex illo procedens, in illo permansit. Odor unguentorum eius est fragrantia uirtutum, quas operatus est. Hauriat autem ecclesia aromata: quia habuit multa spiritus dona, quae in domo dei, id est in congregatione sanctorum, odorem bonae opinionis redderent et suauitatem futuri mediatoris⁷⁰ nuntiarent. Sed *Odor unguentorum tuorum super omnia aromata*: quia fragrantia uirtutum sponsi, quae per incarnationem eius facta est, uicit praedicamenta legis, quae in arris ab sponso fuerant praerogata^{bk}. Tanto quippe amplius ad intellectum creuit ecclesia, quanto et amplioris uisionis gratia meruit inlustrari. Illa legis aromata per angelos amministrata sunt, istud unguentum per praesentiam sponsi datum est. Sed, quia claritate eius praesentiae superata sunt bona legis, quae sublimia esse credebantur, dicatur recte: *Odor unguentorum tuorum super omnia aromata*.

15. Hoc autem, quod generaliter de cuncta ecclesia diximus, nunc specialiter de unaquaqueque anima sentiamus^{bl}. Ponamus ante oculos esse animam quandam donorum studiis inherentem, intellectum ex aliena praedicatione percipientem: quae per diuinam gratiam etiam ipsa inlustrari desiderat, ut aliquando etiam per se intellegat: quae nihil se intellegere nisi per uerba praedicatorum considerat; et dicat: *Osculetur me osculo oris sui*. «Ipse me tangat intus, ut cognoscam intellegentia, et non iam praedicatorum uocibus sed internae eius gratiae tactu perfruar». Quasi osculo oris sui osculabatur Moysen dominus, cum ei per fiduciam familiaris gratiae intellectum porrigeret⁷¹. Vnde scriptum est: *si fuerit propheta, in somnium loquar ad eum, et non sicut famulo meo Moysi: os enim ad os loquor ei*. Os quippe ad os loqui⁷² quasi osculari est et interna intellegentia mentem tangere.

16. Sequitur: *QVIA MELIORA SVNT VBERA TVA VINO*. Vbera dei sunt, sicut prius diximus, humillimae praedicationes incarnationis eius. Sapientia autem saeculi quasi quoddam uinum est: debriat enim mentem, quia ab intellectu humilitatis alienam reddit. Quasi quodam uino debriantur philosophi, dum per saecularem sapientiam uulgi morem transeunt. Quam sapientiam sancta ecclesia despiciat,

⁶⁷ Sal 44,8.

⁶⁸ Cfr. Lc 1,35.

⁶⁹ Cfr. Ct 1,2.

⁷⁰ Cfr. Ef 5,2.

⁷¹ Nm 12,6-8; cfr. Es 33,11.

⁷² Cfr. 2Gv 12; 3Gv 14.

^{bk} Cfr. Orig CtComm 1, 3, 1-2; GregIII Ct 1, 13.

^{bl} Cfr. Orig CtComm 1, 3, 12.

humillimam praedicationis dominicae incarnationem appetat: plus ei sapiat, quod per infirmitatem carnis⁷³ eius nutritur, quam quod mundus hic per elationem falsae prudentiae⁷⁴ extollitur; et dicat: *Quia meliora sunt ubera tua uino*. Id est: «Humillima incarnationis tuae praedicatio elatam mundi sapientiam⁷⁵ superat». Vnde scriptum est: *Quod infirmum est dei, fortius est quam hominis: et, quod stultum est dei, sapientius est quam hominis*⁷⁶.

17. Sed, quia ipsi huius saeculi sapientes nonnumquam uidentur quibusdam uirtutibus studere (uideas enim plerosque habere caritatem⁷⁷, seruare mansuetudinem⁷⁸, honestatem exteriorem in omnibus exercere: quas tamen uirtutes, non ut deo, sed ut hominibus placeant, exhibent: quae idcirco uirtutes non sunt, quia deo placere non appetunt)⁷⁹, olet tamen in humanis naribus, dum humano iudicio bonam opinionem reddunt. Sed conparentur haec uero odori redemptoris nostri, conparentur ueris ueris uirtutibus; et dicatur: ODOR VNGVENTORVM TVORVM SVPER OMNIA AROMATA. Id est: «Flagrantia uirtutum tuarum omnem speciem uirtutum sapientium mundi superat, quia uidelicet fictas eorum imagines ex ueritate transcendit»^{bm}.

18. Quia secundo loco sentiri hoc, quod dictum est, de unaquaque anima diximus, adhuc eundem sensum, si possumus, adiuuante domino subtilius exequamur. Omnis anima, quae timet deum, iam sub iugo eius est, sed adhuc longe, quia timet: nam tantum quisque ad deum proficit, quantum poenam timoris amittit et gratiam de illo caritatis percipit^{bn}. Ponamus ante oculos animam electi cuiuslibet, quae continuo desiderio in amorem uisionis sponsi accenditur: quia, quod in hac uita perfecte percipere non ualet, contemplatur eius celsitudinem et ex ipso amore compungitur. Ipsa enim compunctio, quae per caritatem fit, quae ex desiderio accenditur, quasi quoddam osculum est: totiens enim anima osculatur deum, quotiens in eius amore compungitur. Sunt enim multi, qui iam quidem dominum metuunt, iam bonam operationem recipiunt; sed necdum osculantur, quia amore eius minime compunguntur. Quod bene in conuiuio pharisaei signatum est, qui, cum dominum recepisset cumque osculanti mulieri pedes eius in corde suo derogaret, audiuit: *Intraui in domum tuam, osculum mihi non dedisti: haec autem, ex quo ingressa est, non cessauit osculari pedes meos*^{80/bo}. Omnis, qui iam elemosinas facit, qui iam bonis operibus studet, quasi Christum in conuiuium

⁷³ Cfr. Rm 6,19.

⁷⁴ Cfr. 2Mac 5,21.

⁷⁵ Cfr. 1 Tm 3,6.

⁷⁶ 1Cor 1,25.

⁷⁷ Cfr. Fil 2,2.

⁷⁸ Cfr. Sir 10,31.

⁷⁹ Cfr. Rm 8,8.

⁸⁰ Lc 7,44-45.

^{bm} Cfr. Orig CtComm 1, 3, 12-13.

^{bn} Cfr. Aug Ps 90, 2.

^{bo} Quod bene in [...] osculari pedes meos: cfr. Greg EvHom 2, 33, 6.

recipit⁸¹: Christum pascit, qui eum in membris suis sustentare non desinit. Sed, si nondum per amorem compungitur, adhuc eius uestigia non osculatur. Praeponitur ergo pastori mulier, quae osculatur: quia praeponitur exteriora suadenti is, qui in interno mentis ardore in desiderio domini compungitur. Bene autem dictum est: *Non cessauit osculari pedes meos*⁸². Non enim sufficit in amorem dei semel compungi et quiescere, sed et compunctio esse debet et crebrescere. Vnde mulier ideo laudatur, quia osculari non desistit, id est compungi minime cessauit. Vnde et per prophetam dicitur: *Constituite diem sollemnem in confrequentationibus usque ad cornu altaris*⁸³. Dies sollemnis est domino compunctio cordis nostri. Sed tunc in frequentatione dies sollemnis constituitur, cum ad lacrimas prae amore eius assidue mens mouetur. Cui uelut si diceremus: «Quandiu ista acturi sumus? Quandiu tribulationibus afficimur?», illico terminum, quousque fieri debeat, subiunxit dicens: *Vsque ad cornu altaris*. Cornu quippe altaris est exaltatio sacrificii interioris: ubi cum peruenerimus, iam nequaquam necesse est, ut sollemnem diem domino de nostra lamentatione faciamus. Anima ergo, quae iam per amorem compungi desiderat, quae iam contemplari uisionem sponsi sui appetit, dicat: *Osculetur me osculo oris sui*.

19. Vel certe osculum oris eius est ipsa perfectio pacis^{bp} interna: ad quam cum peruenerimus, nihil remanebit amplius, quod quaeramus^{bq}. Vnde et apte subiungitur: *Quia meliora sunt ubera tua uino*. Vinum enim est scientia dei⁸⁴, quam in ista uita positi accepimus. Vbera autem sponsi tunc amplectimur, cum eum in aeterna patria iam per amplexum praesentiae contemplamur. Dicat ergo: *Meliora sunt ubera tua uino*. Ac si dicat: «Magna est quidem scientia, quam de te mihi in hac uita contulisti; magnum est uinum notitiae tuae⁸⁵, quo me debrias; sed ubera tua uino meliora sunt: quia tunc per speciem et per sublimitatem contemplationis transcenditur, quidquid de te modo per fidem scitur».

20. ET ODOR VNGVENTORVM TVORVM SVPER OMNIA AROMATA. Habet hic sancta ecclesia aromata, dum uirtute scientiae, uirtute castitatis, uirtute misericordiae, uirtute humilitatis, uirtute caritatis pollet. Si sanctorum uita odorem aromatum ex uirtutibus non haberet, Paulus non diceret: *Christi bonus odor sumus in omni loco*^{86/br}. Sed longe excellentior est illa unctio contemplationis dei, ad quam quandoque ducendi sumus; longe excellentior est odor unguentorum dei aromatibus uirtutum nostrarum: et, si iam magna sunt, quae accepimus, ualde tamen potiora sunt, quae de contemplatione creatoris nostri accepturi sumus. Vnde

⁸¹ Cfr. Gdc 19,21.

⁸² Lc 7,45.

⁸³ Sal 117,27.

⁸⁴ Cfr. Col 1,10; 2Cor 10,5.

⁸⁵ Cfr. 2Cor 2,14.

⁸⁶ 2Cor 2,15.

^{bp} *osculum* = *pax*: GregIII Ct 1, 7; Iust Ct 1,1.

^{bq} Cfr. Aug Conf 1, 1; Greg EzHom 1, 12, 23; Greg Mor 4, 35-36.

^{br} 2Cor 2,15; Orig CtHom 1, 2; GregIII Ct 1,16; Phil Ct 3, 4-5; Iust Ct I, 2; App Ct I, 22-23.

anhelet anima et dicat: *Odor unguentorum tuorum super omnia aromata*. Id est: «Illa bona, quae per contemplationem tuam praeparas, ista omnia uirtutum munera, quae in hac uita tribuisti, transcendunt».

21. Dicamus huic ecclesiae, dicamus huic animae, sic amanti, sic aestuanti in amorem sponsi sui, unde tantum desiderium perceperit, unde notitiam diuinitatis eius apprehenderit. Sed ecce, unde ipsa exprimit et dicit: VNGVENTVM EFFVSVM NOMEN TVVM. Vnguentum effusum est diuinitas incarnata^{bs}. Si enim sit unguentum in uasculo, odorem exterius minus; si uero effunditur, odor effusi unguenti dilatatur. Nomen ergo dei unguentum effusum est: quia ab immensitate diuinitatis suae ad naturam nostram se exterius fudit et, ab eo quod est inuisibilis, se uisibilem reddidit⁸⁷. Si enim non se effunderet, nequaquam nobis innotesceret⁸⁸. Effudit se unguentum, cum se et deum seruauit et homo exhibuit. De qua effusione Paulus dicit: *Qui, cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo; sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens*⁸⁹. Quod Paulus dixit «exinaniuit», hoc Salomon dixit «effudit». Quia ergo humano generi dominus per humilitatem incarnationis innotuit, dicatur ei: *Vnguentum effusum est nomen tuum*.

22. Sequitur: IDEO ADVLESCENTVLAE DILEXERUNT TE. Quid hoc loco adulescentulas accipimus, nisi electorum animas per baptismum renouatas?^{bt} Vita quippe peccati ad ueterem hominem pertinet, uita iustitiae ad nouum⁹⁰. Quia ergo unguentum foras se fudit, in amore suo adulescentulas ardentes fecit⁹¹: quia renouatas animas desiderio suo flagrantibus exhibuit. Puerilis aetas amori necdum congruit, senilis ab amore desinit. Puer est, qui uitae ardentis studium necdum coepit; senis est, qui coeperat quidem, sed desiit. Quia ergo neque hi flagrant in domino qui necdum coeperunt, neque hi qui iam quidem coeperant sed friguerunt, postposita puerili uel senili uita, adulescentulae currere dicuntur, id est illae animae quae in ipso feruoris amore sunt.

23. Quod tamen intellegere aliter possumus. Potest enim adulescentia ad infirmitatem referri. Iuueniles quippe aetates sunt ordo angelorum, qui nulla debilitate uicti sunt, nulla infirmitate superati. Dicatur ergo: *Vnguentum effusum est nomen tuum: ideo adulescentulae dilexerunt te*. Id est: «Quia per incarnationem tuam notitiam tuam exterius effudisti, idcirco infirmas animae natura humana diligere praeualent. Illae quippe uirtutes summae quasi aetates iuuenales etiam ibi te diligunt, ubi fusus non es: quia et ibi te uident, ubi in statu diuinitatis tuae contines. Qui ergo ab illis summis ordinibus quasi a iuuenalibus

⁸⁷ Cfr. Eb 11,3.

⁸⁸ Cfr. Sal 143,3.

⁸⁹ Fil 2,6-7.

⁹⁰ Cfr. Ef 4,22-24; Col 3,9-10.

⁹¹ Cfr. Lc 12,35.

^{bs} Cfr. Orig Princ II, 6, 6; Orig CtComm 1, 4, 2-4.

^{bt} Cfr. Greg Mor 24, 4.

aetatibus etiam non fusus uideris, exterius propter homines funderis: ut etiam ab adulescentulis, id est ab infirmis mentibus, diligaris.

24. Sequitur: TRAHE ME. Omnis, qui trahitur, aut non ualens aut non uolens inuitus ducitur. Sed, qui dicit: *Trahe me*, habet aliquid quod uult, habet aliquid quod non ualet. Natura humana sequi deum uult; sed, infirmitatis consuetudine superata, sicut debet, sequi non praeualet. Videt ergo aliud in se esse quo tendit, aliud in se esse quod non ualet; et recte dicit: *Trahe me*. Quasi uolentem nec ualentem se uiderat paulus, cum diceret: *Mente serui legi dei, carne autem legi peccati*⁹²; et: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae*⁹³. Quia ergo est in nobis aliud quod nos incitat, aliud quod grauat, dicamus: *Trahe me*.

25. POST TE CVRREMVS IN ODOREM VNGVENTORVM TVORVM. In odorem unguentorum dei currimus, cum donis eius spiritalibus afflati in amore uisionis eius inhiamus. Sciendum uero est, quia in eo, quod homines deum sequuntur, aliquando ambulant, aliquando currunt, aliquando fortiter currunt. Quasi post deum ambulat, qui tepide sequitur; currit, qui feruenter sequitur; perfecte currit, qui perseueranter sequitur. Immobile enim erat cor ad sequendum deum et post eum ambulare nolebat, cum aduentus domini in mundo apparuit et ab insensibili sua statione humanas mentes mouit. Vnde scriptum est: *Pedes eius steterunt, et mota est terra*⁹⁴. Hic autem non «motus» sed «cursus» dicitur: quia non sufficit, ut sequamur, nisi etiam desiderando curramus. Quia uero neque currere sufficit, nisi etiam perfecte curratur, Paulus dicit: *Sic currite, ut comprehendatis*⁹⁵. Et nonnulli, dum nimis currunt, in indiscretionem dilabuntur: plus enim, quam necesse est, sapiunt^{96/bu} et se iam ei, quem sequebantur, praeferunt, dum suas uirtutes eligunt et eius, quem sequebantur, iudicia postponunt^{bv}. Vnde bene, cum diceretur «currimus», praemisum est «post te». Post deum enim currunt⁹⁷, qui eius iudicia considerant, eius uoluntatem sibi praeferunt et peruenire ad eum sub digna operatione discretionis contendunt. Hinc propheta, uoluntatem dei considerans et sequens, ait: *Adhesit anima mea post te*⁹⁸. Hinc Petro consilium danti dicitur: *Redi post me, satanas! Non enim sapis, quae dei sunt, sed quae hominum*⁹⁹. Quia ergo perfectae animae summa cautela dei iudicia contuentur et neque per torporem neque per indiscretum feruorem praeuenire praesumunt, bene dicitur: *Post te currimus in odorem unguentorum tuorum*. Tunc enim «post te currimus», quando et amando sequimur et timendo diuina iudicia non praeuenimus.

⁹² Rm 7,25.

⁹³ Rm 7,23.

⁹⁴ Ab 3,5-6 (LXX).

⁹⁵ 1Cor 9,24.

⁹⁶ Cfr. Qo 7,17.

⁹⁷ Cfr. Os 11,10.

⁹⁸ Sal 62,9.

⁹⁹ Mc 8,33; cfr. Mt 16,23.

^{bu} Greg Dial 2, prolog. 1.

^{bv} Cfr. Greg Mor 27, 49.

26. INTRODVXIT ME REX IN CVBICVLVM SVVM. EXVLTABIMVS ET LAETABIMVR IN TE. Ecclesia dei quasi quaedam domus regis est. Et ista domus habet portam, habet ascensum, habet triclinium, habet cubicula. Omnis, qui intra ecclesiam fidem habet, iam portam domus istius ingressus est: quia, sicut porta reliqua domus aperit, ita fides reliquarum uirtutum ostium habet^{bw}. Omnis, qui intra ecclesiam spem habet, iam ad ascensum domus uenit: spes enim eleuat cor, ut sublimia appetat et ima deserat. Omnis, qui in ista domo positus caritatem habet, quasi in tricliniis deambulat: lata enim est caritas, quae usque ad inimicorum dilectionem tenditur¹⁰⁰. Omnis, qui in ecclesia positus iam sublimia secreta rimatur, iam occulta iudicia considerat, quasi in cubiculum intrauit. De porta domus istius dicebat quidam: *Aperite mihi portas iustitiae et ingressus in eas confitebor domino*¹⁰¹. De ascensu spei dicebat: *Ascensus in corde eius disposuit*¹⁰². De tricliniis latis domus istius dicitur: *Latum mandatum tuum nimis*¹⁰³. In mandato lato specialiter caritas designatur. De cubiculo regis loquebatur, qui dicebat: *Secretum meum mihi*¹⁰⁴; et alias: *Audiui archana uerba, quae non licet hominibus loqui*^{105/bx}. Primus ergo aditus domus istius porta fidei¹⁰⁶, secundus prouectus ascensus spei¹⁰⁷, tertius latitudo caritatis¹⁰⁸, quartus iam perfectio caritatis ad cognitionem secretorum dei. Quia ergo sancta ecclesia in membris suis perfectis, in sanctis doctoribus, in eis, qui iam pleni et radicati sunt in mysteriis dei¹⁰⁹, quasi ad sublimia secreta peruenit et adhuc in ista uita posita iam illa penetrat, *Introduxit me rex in cubiculum suum* ait. Per prophetas enim, per apostolos, per doctores, qui in ista uita positi iam sublimia secreta illius uitae penetrabant¹¹⁰, ecclesia in cubiculum regis illius ingressa fuerat.

27. Et caute intuendum est, quia non dicit «in cubiculum sponsi» sed «in cubiculum regis». Nominando enim regem, reuerentiam secretorum uult ostendere: quia, quanto potens est cubiculum, tanto maior est reuerentia exhibenda in his, ad quae intratur. Ne ergo, dum cognoscit secreta dei unusquisque dum occulta iudicia rimatur, dum ad sublimia contemplationis adtollitur, extollatur et in superbia delabatur, regis dicitur cubiculum intrare. Id est: cui tanto maior reuerentia exhibenda est, quanto magis anima ad cognoscenda eius secreta ducitur: ut unusquisque, qui proficit, qui iam exaltatus per gratiam et ad sublimia secreta peruenit, se ipsum adtendat et ex ipso profectu amplius humilietur. Vnde

¹⁰⁰ Cfr. Mt 5,44; Lc 6,27-35.

¹⁰¹ Sal 117,19.

¹⁰² Sal 83,6.

¹⁰³ Sal 118,96.

¹⁰⁴ Is 24,16.

¹⁰⁵ 2Cor 12,4.

¹⁰⁶ Cfr. At 14,26.

¹⁰⁷ Cfr. Eb 6,11.

¹⁰⁸ Cfr. Ef 3,18.

¹⁰⁹ Cfr. Ef 3,17.

¹¹⁰ Cfr. 1Cor 12,28-29.

^{bw} Cfr. Greg EzHom 2, 5, 16.

^{bx} Cfr. Orig CtCom 1, 5, 6 (+2Cor 12,4); Amb Is I, 4, 11; Amb PsCXVIII 1, 16; GregIII Ct 1, 20; App Ct I, 29 (+2Cor 12,4).

et Hezechihel, quotiens ad sublimia contemplanda ducitur, «filius hominis» uocatur¹¹¹. Ac si ei dicatur, «Adtende, quod es: et non extollaris de his, ad quae adtolleris»^{by}.

28. Sed paucorum est in ecclesia ista sublimia et occulta iudicia¹¹² dei rimari et comprehendere. Tamen, dum uidemus fortes uiros posse ad tantam sapientiam peruenire, ut contemplentur secreta dei in cordibus suis, et nos paruuli habeamus fiduciam, quia quandoque ad ueniam, quandoque ad eius gratiam ueniamus. Vnde et ex uerbis adulescentularum subditur: *Exultabimus et laetabimur in te*. Dum ecclesia in his, qui perfecti sunt, ingreditur cubiculum regis, adulescentulae spem sibi exultationis promittunt: quia, dum fortes ad sublimia contemplanda perueniunt, infirmi spem de uenia peccatorum sumunt.

29. *Introduxit me rex in cubiculum suum. Exultabimus et laetabimur in te*, MEMORES VBERVM TVORVM SVPER VINVM. RECTI DILIGVNT TE. Habet iste sponsus ubera, qui etiam rex propter reuerentiam uocatur. Habet ubera, sanctos uiros corde adherentes sibi. Vbera in arca pectoris fixa sunt: ex interno nutrimento trahunt ad eos, quos foras nutriunt. Sancti ergo uiri ubera sponsi sunt: quia ex intimis trahunt et exterius nutriunt. Vbera illius sunt apostoli, ubera illius sunt omnes praedicatores ecclesiae^{bz}. Vinum, sicut et superius diximus, fuit in prophetis, uinum fuit in lege; sed, quia ampliora mandata data sunt per apostolos, quam data fuerant per prophetas, *Memores uberum tuorum super uinum*: quia, qui ista possunt implere, quae in nouo testamento mandata sunt, illam scientiam legis¹¹³ sine dubio transcendunt.

30. Quod tamen intellegere et aliter possumus. *Memores uberum tuorum super uinum*. Sunt multi, qui uinum quidem sapientiae habent, sed cognitionem humilitatis non habent: istos scientia inflat, quia caritas non aedificat¹¹⁴. Sunt uero multi, qui sic habent uinum scientiae, ut sciant considerare dona doctrinae, dona spiritalis gratiae: dona enim spiritalis gratiae¹¹⁵ quasi quaedam mamillae sunt in pectore, quae subtiliter occultis meatibus spiritalibus ministrant et nutriunt. *Memores ergo uberum tuorum super uinum*: quia hi, qui sectari sciunt dona gratiae tuae, ut sibi non tribuant quod sapiunt, et de eadem sapientia quam acceperunt non extolluntur, super illos, qui de sapientia sua extolluntur, et efferuntur. Plus est enim humiliter sapere, quam sapere; neque enim uere sapere est, humiliter non sapere. *Memores ergo uberum tuorum super uinum*: quia scientes considerare dona spiritalis gratiae transcendunt eos, qui scientiam quidem habent, sed cognitionem in memoriam donorum non habent. Aperte ergo dicere est: *Memores uberum tuorum super uinum*: quia fortior est humilitas quam

¹¹¹ Cfr. Ez 2,1 e *passim*.

¹¹² Cfr. 2Mac 12,41.

¹¹³ Cfr. Sir 11,15.

¹¹⁴ Cfr. 1Cor 8,1.

¹¹⁵ Cfr. Rm 1,11.

^{by} Cfr. Greg EzHom 1, 12, 22.

^{bz} Cfr. App Ct I, 29; Iust Ct 1, 2 e 6.

scientia. Vinum enim est scientia^{ca}, quae inebriat; memoria uberum, quae debriat, quae ad cognitionem donorum reuocat. *Memores ergo uberum tuorum super uinum*: quia uincit humilitas abundantiam scientiae.

31. *Recti diligunt te.* Ac si diceret: «Non recti adhuc timent». *Recti diligunt te.* Omnis enim, qui bona opera pro timore agit, etsi in opere rectus est, in desiderio rectus non est: uellet enim non esse, quod timeret, et opera bona non faceret. Qui uero opera bona pro amore agit, et in opere et in desiderio rectus est¹¹⁶. Sed dulcedo amoris timentibus absconditur. Vnde scriptum est: *Quam magna multitudo dulcedinis tuae, domine, quam abscondisti timentibus te, et perfecisti eam sperantibus in te!*¹¹⁷ Dulcedo enim dei timentibus deum incognita est, amantibus fit nota. Qui ergo per amorem studuerit rectus esse, perfecta dilectio¹¹⁸ illius est: ut iudicem uenientem non timeat, ut, quidquid de aeternis suppliciis¹¹⁹ audierit, non formidet. Vnde et Paulus, dum de aduentu iudicis spectaret, dum praemia uitae aeternae quaereret, dixit: *Quae praeparauit deus non solum mihi, sed et omnibus qui diligunt aduentum eius*¹²⁰. Praemia enim aeterna diligentibus a iudice praeparantur: quia omnis, qui se opera mala agere scit, iudicem uenientem timet; qui uero de operibus suis praesumit, iudicis aduentum quaerit. Parantur ergo praemia expectantibus aduentum dei et diligentibus aduentum eius¹²¹: quia non diligunt aduentum iudicis, nisi de causa sua praesumentes. Omnis autem certitudo rectitudinis in dilectione est, et ideo recte dicitur: *Recti diligunt te.*

32. NIGRA SVM ET FORMOSA, FILIAE HIERUSALEM, SICVT TABERNACVLA CEDAR, SICVT PELLIS SALOMONIS. NOLITE ME CONSIDERARE, QUOD FVSCA SIM: QVIA DECOLORAVIT ME SOL. Scimus quia in primordiis ecclesiae, dum praedicata fuisset gratia redemptoris nostri, alii crediderunt ex Iudaea, alii non crediderunt; sed hi, qui crediderunt, ab infidelibus despecti sunt et persecutionem passi quasi in uia gentium¹²² discessisse iudicati sunt. Vnde ecclesia in eisdem clamat aduersus eos, qui conuersi non sunt: *Nigra sum, sed formosa, filiae Hierusalem*^{cb}. «Nigra quidem uestro iudicio^{cc}, sed formosa per inlustrationem gratiae». Quomodo nigra? *Sicut tabernacula Cedar*. Cedar interpretatur tenebrae^{cd}: Cedar enim secundus fuit de genere Ismahel¹²³; et Cedar tabernacula Esau fuerunt. Quomodo ergo nigra? *Sicut tabernacula Cedar*: quia in conspectu uestro ad similitudinem gentium iudicata sum, id est ad similitudinem peccatorum. Quomodo formosa? *Sicut pellis*

¹¹⁶ Cfr. 1Gv 4,18.

¹¹⁷ Sal 30,20.

¹¹⁸ Cfr. 1Gv 4,18.

¹¹⁹ Cfr. Mt 25,46.

¹²⁰ 2Tm 4,8.

¹²¹ Cfr. 2Tm 4,8.

¹²² Cfr. Mt 10,5.

¹²³ Cfr. Gn 25,13.

^{ca} Cfr. Orig CtComm 3, 6, 7.

^{cb} Cfr. App Ct I, 42.

^{cc} Cfr. App Ct I, 42.

^{cd} Cfr. Orig CtHom 1, 6; Hil Ps 119, 21; GregIII Ct 1, 28; Hier IHN 4, 6 e 48, 13; Aug Ps 119, 7, 25; App Ct I, 45; Euch Instr II, 38; Cass Ps 119, 151.

Salomonis. Fertur Salomon, quando templum aedificauit¹²⁴, omnia illa uasa templi factis pellibus cooperuisse^{ce}. Sed nimirum pelles Salomonis decorae esse potuerunt, quae tabernaculo aptae essent¹²⁵. Quae, si in tabernaculo eius fuerunt, nonnisi decorae esse potuerunt in obsequium regis. Sed, quia Salomon interpretatur pacificus^{cf}, nos ipsum uerum Salomonem intellegamus^{cg}: quia omnes animae adherentes deo¹²⁶ pelles Salomonis sunt, macerantes se^{ch} ipsas et in obsequium regis pacis redigentes. «Sum uero in iudicio uestro sicut tabernacula Cedar, quia quasi in uia gentium¹²⁷ discessisse iudicor; sed iuxta ueritatem sicut pelles Salomonis sum, quia in obsequium regis adhereo».

33. *Nolite me considerare, quod fusca sim: quia decolorauit me sol.* Peccatricem adtendebat illam partem, quae Christo crediderat, pars illa, quae non crediderat. Sed dicat ista: *Nolite me considerare, quod fusca sim: quia decolorauit me sol.* «Sol, ipse dominus, ipse ueniens decolorauit me». Praeceptis suis ostendit, quia pulchra non fuit in praeceptis legis. Sol, quem arctius tangit, ipsum decolorat. Ita et dominus ueniens, quem per gratiam suam strictius tetigit, decolorauit: quia, dum plus appropinquamus ad gratiam, plus nos peccatores esse cognoscimus. Videamus Paulum ex Iudaea uenientem, in sole decoloratum: *Quod si uolentes in Christo iustificari, inuenti sumus et ipsi peccatores*¹²⁸. Qui se in Christo peccatorem inuenit, in sole se decoloratum inuenit.

34. Sed ecce, pars ista, quae ex Iudaea credidit, persecutionem ab infidelibus iudaeis passa est, afflicta multis tribulationibus pressa. Vnde sequitur: FILII MATRIS MEAE PVGNAVERUNT CONTRA ME: quia filii synagogae, qui in infidelitate remanserunt, bellum persecutionis contra synagogae fideles gesserunt^{ci}.

35. Sed, dum persecutionem patitur ea pars, quae ex iudaeis uenit ad fidem, discessit ad praedicationem gentium: deseruit Iudaeam et uenit ad praedicationem gentium. Vnde et sequitur: POSVERUNT ME CVSTODEM IN VINEIS, VINEAM MEAM NON CVSTODIUI: «quia, dum me persequuntur hi, qui in Iudaea sunt, in ecclesiis me custodem fecerunt. *Vineam meam non custodiui*: quia Iudaeam deserui. Vnde

¹²⁴ Cfr. 1Re 6.

¹²⁵ Cfr. Es 25,5.

¹²⁶ Cfr. Ps 72,28.

¹²⁷ Cfr. Mt 10,5.

¹²⁸ Gal 2,17.

^{ce} ?

^{cf} Cfr. Amb David 4, 22; Phil Ct preaf. 54; Hier Is 18, 66, 20; Hier ProMi 1, 1; Hier Eccl 1, 1; Hier Ep 28, 54, 4 e 46, 54, 3; Hier IHN [ed. Lagarde] pp. 63 e 71; Hier Ps 95, 194; Aug Faust 13, 7 e 22, 76; Aug CDei 17, 8; Aug Ps 71, 1 e 126, 2; Aug Sermo 10, 148; App Ct I, 44; Ivi V, 32 e 34; Ivi XII, 57; Euch Instr II, 56; QVultD PPD 2, 27; Iust Ct III, 69; Cass Ps 71,1; Ivi 125, 158; Ivi 126, 2.

^{cg} *Salomon figura Christi*: Amb Lc 7, 1002; Chr Mt 2, 131; Aug Faust 22, 76; Aug CDei 17, 10; Aug Ps 71, 1 e 126, 2; Aug Ep 199, 57, 12; Aug Sermo 358, 31; App Ct I, 44; QVultD PPD 2, 27.

^{ch} *holocaustum mentis*: Cfr. Greg Ct 5.

^{ci} Cfr. GregIII Ct 2, 1-2; App Ct I, 46; Iust Ct 1, 10.

et Paulus dicit, unde et apostoli: *Nobis missum fuerat uerbum dei*¹²⁹; *sed, quia indignos uos iudicatis, ecce imus ad gentes*¹³⁰. Ac si dicat: «Nos uineam nostram custodire uolumus; sed, quia nos ipsi respuitis, ad alienarum nos uinearum custodiam transmittitis»^{cj}.

36. Ista, quae de synagoga diximus ad fidem conuersa, dicamus modo de ecclesia ad fidem uocata: NIGRA SVM, SED FORMOSA, FILIAE HIERVSALEM. Ecclesia ex gentibus ueniens considerat fidelium animas, quas inuenit, quas et filias Hierusalem uocat. Hierusalem quippe uisio pacis dicitur^{131/ck}. Considerat quid fuit, quid facta est: et confitetur praeteritas culpas, ne superba sit, confitetur praesentem uitam, ne ingrata; et dicit: *Nigra sum, sed formosa*. Nigra per meritum, formosa per gratiam; nigra per uitam praeteritam, formosa per conuersationem sequentem. Quomodo nigra? SICVT TABERNACVLA CEDAR. Cedar tabernacula gentium fuerunt, tabernacula tenebrarum fuerunt; et gentibus dictum est: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino*^{132/cl}. Quomodo formosa? SICVT PELLIS SALOMONIS. Macerati enim sumus per paenitentiam. Mortificata caro per paenitentiam quasi pellis in obsequium regis adducitur^{cm}. Omnes per paenitentiam se ipsos affligentes membra Christi¹³³ se faciunt^{cn}. Membra ergo Christi per paenitentiam afflicta pellis Salomonis sunt, quia mortificata caro fiunt¹³⁴.

37. Sed ecce, erant in Iudaea fideles, qui dedignabantur ad fidem uenire gentiles. Vnde et Petrum redarguunt, quod Cornelium susceperat¹³⁵. Vnde in ecclesia gentium subiungit: NOLITE ME CONSIDERARE, QVOD FVSCA SIM. «Nolite despiciere gentilitatem infidelitatis meae, nolite despiciere peccata priora, nolite adtendere quod fui». Quare? QVIA DECOLORAVIT ME SOL. Sol in eo decolorat, in quo arctius et districtius se inprimit. Deus, quando districtum iudicium tenet, quasi districtiorem suam amplius exhibet; et decolorat, dum amplius fulget: quia, dum districtiorem subtilius exercet, districte adiudicat. Quasi enim radios suos suspendit sol, quando clementer opera nostra considerat; quasi districte uirtutem suam exhibeat, quando districte opera nostra pensat. Dicat ergo ecclesia: «inde

¹²⁹ At 13,26.

¹³⁰ At 13,46.

¹³¹ Cfr. Ez 13,16.

¹³² Ef 5,8.

¹³³ Cfr. 1Cor 6,15.

¹³⁴ Cfr. Rm 8,13.

¹³⁵ Cfr. At 10,3-48; At 11,1-3.

^{cj} Cfr. Iust Ct 1, 11 (At 13,46).

^{ck} Greg Mor 35, 16; Orig IerHom 2, 1; Orig CtCom 2, 1, 36; Arn Ev 5, 86; Hier Dn 2, 6; Hier Ez 1, 4 e passim; Hier Is 1, 1, 1 e passim; Hier Ioel 2 e passim; Hier IHN [ed. Lagarde] p. 50; Hier Ps 127, 219 e passim; Aug Faust 12, 42; Aug CDei 19, 11; Aug GnLitt 12, 28; Aug SermoN 17D [=110A], 6; App Ct III, 35; Ivi VIII, 65; Caes Sermo 161, 1; Ivi 186, 2; Apr Ap 1, 3.

^{cl} Cfr. Aug Ps 73, 16 (Ef 5,8); Iust Ct 1, 8 (Ef 5,8).

^{cm} Cfr. App Ct I, 44; Iust Ct 1, 8.

^{cn} Cfr. App Ct I, 44; Iust Ct 1, 8.

sum fusca, inde peccatrix, quia me sol decolorauit: quia, creator meus dum me deserit, ego in errore lapsa sum.

38. Sed o tu, sic afflicta, sic destituta, quid meruisti? Quid ex dono consecuta es? FILII MATRIS MEAE PVGNAVERVNT CONTRA ME. Filii matris sunt apostoli^{co}: mater enim omnium Hierusalem superna est¹³⁶. Ipsi pugnaverunt contra ecclesiam, dum ab infidelitate in fide praedicationibus suis quasi quibusdam lanceis confoderunt. Vnde et Paulus quasi quidam pugnator dicit: *Cogitationum consilia destruentes et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei*^{137/cp}. Quia altitudinem destruit, utique pugnator est. Isti ergo pugnatore, isti filii matris Hierusalem debellauerunt ecclesiam ab errore suo, ut illam fundarent ad iustitiam. *Filii matris meae pugnaverunt contra me*. Et quid fecerunt pugnantes? POSVERVNT ME CVSTODEM IN VINEIS. Vineae ecclesiae sunt uirtutes^{cq}, quae fructificant: quia, «dum depugnant in me uitia, quasi de malis meis me expugnant¹³⁸. Fructificationem et uirtutum studia mihi dederunt: in uineis me custodem fecerunt, ut fructificationem afferrent». Post expugnationem specialiter dicat: VINEAM MEAM NON CVSTODIVI. Vineae ecclesiae antiqua consuetudo erroris est: quae, dum custos ad uirtutes ponitur, deseruit uineam illam antiquam consuetudinem erroris sui.

39. Diximus de synagoga ad fidem ueniente, diximus de gentilitate conuersa; dicamus modo generaliter de tota simul ecclesia, et specialiter quid de unaquaque anima sentiendum est. Solent prauis auditores doctores suos non considerare quod sunt, sed quod fuerunt; sani uero doctores et confitentur quod fuerunt, et proferunt quod sunt: ut nec peccatores se abscondant, nec iterum dona uelut ingrati denegent. Dicat ergo in istis ecclesia: NIGRA SVM, SED FORMOSA. «Nigra per me, formosa per donum; nigra de praeterito, formosa ex eo quod facta sum in futuris». Quomodo nigra? Quomodo formosa? Nigra SICVT TABERNACVLA CEDAR, formosa SICUT PELLIS SALOMONIS. Et non est iustum, ut aliquis ex praeterita uita pensetur, et non magis adtendatur quod fuit, sed quod est. Vnde subiungit: NOLITE ME CONSIDERARE, QVOD FVSCA SIM: QVIA DECOLORAVIT ME SOL. Aliquando in scriptura sacra sol ponitur nimis aestus terrenorum desideriorum. Vnde ergo fusca? «*Quia decolorauit me sol* et ardore amoris terreni apud sponsum decolorata sum, id est indecora apud regem facta».

40. FILII MATRIS MEAE PVGNAVERVNT CONTRA ME. In omni creatura duae creaturae rationales sunt conditae, humana et angelica. Cecidit angelus, persuasit

¹³⁶ Cfr. Gal 4,26.

¹³⁷ 2Cor 10,4-5.

¹³⁸ Cfr. Sal 34,1.

^{co} Cfr. Orig CtComm 2, 3, 5.

^{cp} mater enim omnium [...] aduersus scientiam dei: cfr Orig CtComm 2, 3, 2 e 6 (Gal 4,26 e 2Cor 10,4-5).

^{cq} Orig CtComm 4, 1, 21; Ivi, 4, 1, 25.

homini^{139/cr}. Mater enim omnis creaturae benignitas et potentia dei. Nos ergo et angeli, ex eo quod rationales conditi sumus, quasi quandam societatem fraternitatis habemus. Sed, quia angeli ab eadem potentia conditi sunt, a qua et nos, qui tamen cadentes angeli cotidie contra nos bellum gerunt, dicat: *Filii matris meae pugnaverunt contra me*. Ecce, dum pugnant isti spiritus rationales, isti spiritus filii matris, dum pugnant contra animam, faciunt eam rebus terrenis incumbere, actionibus saecularibus uacare, res transitorias quaerere. Vnde et subiungit: POSVERUNT ME CVSTODEM IN VINEIS, VINEAM MEAM NON CVSTODIVI. Vineae enim sunt actiones terrenae. Ac si dicat: «In actionibus terrenis custodem me posuerunt». Et quid? «Vineam meam, id est animam meam, uitam meam, mentem meam, custodire neglexi: quia, dum exterius in rerum terrenarum actione inuoluta sum, ab interna custodia elapsa sum»^{cs}. Plerique ex eo se considerant quod iuxta ipsos est, non ex eo quod sunt. Iuxta ipsos sunt dignitates, iuxta ipsos sunt exteriora ministeria^{ct}: et, dum custodiunt quod iuxta se habent, se ipsos custodire neglegunt. Dicat ergo: *Posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiui*. Id est: «Dum exteriori custodiae in actionibus saeculi deseruio, interioris custodiae sollicitudinem amisi».

41. Sed ecce, reducta anima ad gratiam creatoris sui iam amet, iam requirat ubi redemptorem suum inueniat. Vnde sequitur: INDICA MIHI, QVEM DILIGIT ANIMA MEA: VBI PASCIS, VBI CVBAS IN MERIDIE. In meridie sol feruentior est. Omnis, qui in fide feruet, in amore desiderii feruet^{cu}. Iste sponsus, qui subter hinnulus uocatur¹⁴⁰, in corde ipsorum pascit uirtutum uiriditatem^{cv}, in corde ipsorum recumbit in meridie, in feruore caritatis. *Indica mihi, quem diligit anima mea: ubi pascis, ubi cubas in meridie*.

42. «Quare sic quaeris, ubi pascat, ubi cubet?» Causam reddidit inquisitionis suae: NE VAGARI INCIPIAM POST GREGES SODALIVM TVORVM. Sodales dei sunt amici, familiares, sicut sunt omnes, qui bene uiuunt. Sed multi apparent sodales esse, et sodales non sunt^{cw}. Multi enim doctores, dum peruersam doctrinam suaderent, sodales quidem uidebantur, sed inimici extiterunt. Dum adhuc doctor esset Arrius, Sabellius, Montanus^{cx}, quasi sodales uidebantur: sed, dum districte discussi sunt, inimici apparuerunt. Et plerumque fideles animae, dum inherent uerbo dei, dum amant in doctoribus unde proficiant, cauere nesciunt peruersorum uerba doctorum et ex ipsorum ore deficiunt. Quam multae enim plebes istae, quae de sodalibus crediderunt et, dum eos sequuntur, per greges sodalium errauerunt! Dicit ergo: *Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie: ne uagari incipiam post greges*

¹³⁹ Cfr. Gn 3.

¹⁴⁰ hinnulus: cfr. Ct 2,9; Ct 2,17; Ct 4,5; Ct 8,14.

^{cr} Cfr. Aug VR 14, 29.

^{cs} Cfr. Greg EvHom 1, 17, 14. *actio rerum terrenarum*: cfr. Greg Dial 1, 1; Greg RegEp V, 53.

^{ct} exteriora ministeria: cfr. Greg Dial 1, 1; Greg RegEp V, 53.

^{cu} Cfr. Greg Mor 2, 11; Ivi 30, 26; Greg EvHom 2, 33, 7 (hinnulus: cfr. Ct 2,9).

^{cv} uirtutum uiriditatem: cfr. Cass Ps 139, 123; Greg RegPast 3, 25.

^{cw} Cfr. App Ct II, 10.

^{cx} Arrius, Sabellius, Montanus: App Ct II, 10.

sodalium tuorum. Ac si dicat: «Indica in quorum corda ueraciter requiescis: ne incipiam uagari post greges eorum, qui sodales tui uidentur, id est qui familiares tui creduntur, et non sunt»^{cy}. Omnes sacerdotes, omnes doctores sodales dei sunt, quantum ad speciem^{cz}; quantum uero ad uitam, multi non sodales sed aduersarii sunt^{da}.

43. Sed haec ipsa, quae diximus de hereticis magistris, possumus de catholicis non bene agentibus dicere. Multi enim paruuli intra ecclesiam fideles appetunt bene uiuere, uolunt uitam rectitudinis tenere, considerant uitam sacerdotum, qui eis praepositi sunt: et, dum sacerdotes ipsi non bene uiuunt, dum hi qui praesunt non recte uiuunt, hi qui subsequuntur in errorem dilabuntur. Vnde ecclesia quasi in eisdem paruulis et fidelibus dicit: *Indica mihi, quem diligit anima mea: ubi pascis, ubi cubas in meridie*. «Vitam mihi ueraciter seruientium tibi indica: ut sciam ubi pascis uiriditatem uirtutum, ut sciam ubi cubas in meridie, id est ubi requiescas in feruore caritatis^{db}; ne, dum greges sodalium tuorum adspicio, ipsa uagari incipiam, nesciens cui me uerbis et doctrinis committam». Cauter enim debet omnis auditor, omnis infirmus considerare, cuius uerbis se credere debeat, cuius magisterio uti debeat, cuius exempla sequi debeat.

44. Et ecce, uerba sponsi redduntur ad sponsam: SI IGNORAS TE, O PVLCHRA INTER MVLIERES, EGREDERE ET ABI POST VESTIGIA GREGVM ET PASCE HEDOS TVOS IUXTA TABERNACVLA PASTORVM. Omnis anima nihil debet amplius curare, quam ut se ipsam sciat. Qui enim se ipsum scit^{dc}, cognoscit quia ad imaginem dei factus est^{dd}. Si ad imaginem dei¹⁴¹ factus est, non debeat similitudinem iumentorum sequi, siue in luxuria siue in appetitu praesenti dissolui. De qua ignorantia alibi dicitur: *Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis*¹⁴². Vestigia gregum sunt actiones populorum^{de}: quae, quanto multae sunt, tanto inpeditae, tanto peruersae. Dicatur ergo ecclesiae: *Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere et abi post uestigia gregum et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum*. «O tu, quae foeda per ignorantiam, per fidem pulchra facta es inter aliorum animas!» Quod euidenter dicitur ad ecclesiam electorum. «*Si ignoras te*: id est, si hoc ipsum, quod ad imaginem meam facta es, *egredere*: id est, exi¹⁴³. Si uero non cognoscis, a quo facta es, *egredere et abi*, uade *post uestigia gregum*: sequere, non exempla mea, sed exempla populorum. *Et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum*. Hedi nostri sunt motus carnales,

¹⁴¹ Cfr. Gn 1,27.

¹⁴² Sal 48,13.

¹⁴³ Cfr. At 7,3.

^{cy} Cfr. Aug Sermo 138, 7 (requiescis); App Ct II, 10.

^{cz} Cfr. Greg Mor 5, 27.

^{da} Cfr. Iust. Ct 1, 13.

^{db} in feruore caritatis: Aug Sermo 295, 5.

^{dc} Cfr. precetto delfico γνῶθι σεαυτόν. Cfr. Greg Mor 16, 44; Ivi 30, 17.

^{dd} Cfr. Orig CtComm 2, 5, 2; Amb PsCXVIII 2, 13; Aug Ps 66, 4.

^{de} actiones populorum: cfr. Greg RegPast 2, 1.

hedi nostri sunt temptationes inlicitae^{df}. *Abi post uestigia gregum*: id est, discede post exempla populorum. *Et pasce hedos tuos*: id est, nutri motus carnales, non iam sensus spirituales sed motus carnales. Abi iuxta tabernacula pastorum. Si agnos pasceres, in tabernacula pastorum pasceres: id est, in doctrinis magistrorum, in doctrinis apostolorum, in doctrinis prophetarum. Si uero hedos pascis, iuxta tabernacula pastorum pasce; ut fide uoceris christiana et non operibus, quia intra uideris esse per fidem et non intra per opera¹⁴⁴. Quia ecce increpasti¹⁴⁵, ecce redarguisti (quid enim non dicis, quod tu benigne iam in ea operatus es?), dic plane»:

45. Nam sequitur: EQVITATVI MEO IN CVRRIBVS PHARAONIS ADSIMILAVI TE, AMICA MEA. Omnes, qui luxuriae, qui superbiae, qui auaritiae, qui inuidiae, qui fallaciae deseruiunt, adhuc sub curru pharaonis sunt: equi quasi quidam sub curru pharaonis sunt, id est sub regimine diaboli. Omnis uero, qui in humilitate, in castitate, in doctrina, in caritate feruet, iam equus effectus est creatoris nostri, iam in curru dei¹⁴⁶ positus est, iam sessorem deum habet^{dg}. Vnde cuidam, cui iam dominus praesidebat, dicitur: *Durum est tibi aduersus stimulum calcitrare*¹⁴⁷. Ac si diceret: «Meus equus es^{dh}: iam contra me calces iactare non potes, iam tibi ego praesideo». De istis equis alibi dicitur: *Misisti in mari equos tuos turbantes aquas multas*¹⁴⁸. Habet ergo currus deus, qui animabus sanctis praesidet et per animas sanctas circumquaque percurrit. Vnde scriptum est: *Currus dei decem milia, multiplex milium laetantium*¹⁴⁹. Habet currus pharao: qui tamen currus in mari rubro summersi sunt^{150/di}, quia multi peruersi in baptismo mutati sunt^{dj}. Dicat ergo sponsus: *Equitatu meo in curribus pharao adsimilaui te, amica mea*. Id est: «Dum adhuc tu esses in curribus pharaonis, dum adhuc operibus daemonicis deseruies, ego te equitatu meo adsimilaui: quia attendi, quid per praedestinationem in te fecerim; et equis meis te comparaui»^{dk}. Videt enim multos deus adhuc luxuriae, adhuc auaritiae seruientes; et tamen attendit in secreto iudicio, quid iam de ipsis operatus est: quia habet equos deus, sed multos uidet adhuc equos esse pharaonis^{dl}.

¹⁴⁴ Cfr. Gc 2,17.

¹⁴⁵ Cfr. Sal 9,6.

¹⁴⁶ Cfr. Sal 67,18.

¹⁴⁷ At 9,5; At 26,14.

¹⁴⁸ Ab 3,15.

¹⁴⁹ Sal 67,18.

¹⁵⁰ Cfr. Es 14,28.

^{df} Cfr. PhyLat 35; Orig CtCom 2, 5, 3.

^{dg} Cfr. Orig CtComm 2, 6, 5.

^{dh} *equus* = *anima*: Orig CtCom 2, 6, 5.

^{di} Cfr. Orig CtComm 2, 6, 1 (cfr. Es 14,28).

^{dj} Cfr. Orig CtComm 2, 6, 12 (baptisma).

^{dk} Cfr. Aug Ench 24; Aug Ep 194, 6.

^{dl} attendit in secreto [...] equos esse pharaonis: cfr. Aug Ench 24; Aug Ep 194, 6.

46. Et, quia condiderat occulto iudicio, occulta praedestinatione ad bonum commutandos, similes illos adtendit iam equis suis: quia uidet illos ad currum suum ducturus, qui prius in curru pharaonis deseruiebant. Vbi considerata sunt occulta iudicia: quia multi uidentur per praedicationem, per sapientiam, per castitatem, per largitatem, per longanimitatem¹⁵¹ equi dei esse; et tamen occulto dei iudicio equis pharaonis adsimilantur: et multi uidentur per auaritiam, per superbiam, per inuidiam, per luxuriam equi pharaonis esse; et tamen occulto dei iudicio equis dei adsimilantur: quia et illos uidet de bono ad mala uerti^{dm}, et istos uidet de malo ad bona reduci. Sicut ergo per discretionem multi, qui equi uidentur dei, equi sunt pharaonis per reprobam uitam, quae illos sequitur: ita per pietatem multi, qui equi pharaonis uidentur, eius electi per sanctam uitam, quam in fine suo seruaturi sunt, equis dei adsimilantur. Vnde blanditur sponsus et dicit: *Equitatus meo in curribus pharaonis adsimilaui te, amica mea*. Id est: «Tu adhuc in curribus pharaonis subdita deseruiebas, sub uitia currebas; sed ego adtendi, quid de te per praedestinationem feci. Equitatus meo te adsimilaui: id est, electis meis similem te adtendi».

¹⁵¹ Cfr. Rm 2,4; Gal 5,22.

^{dm} quia et illos [...] ad mala uerti: cfr. Aug Ench 24; Aug Ep 194, 6.

BIBLIOGRAFIA

ABBREVIAZIONI

- CCCM Corpus Christianorum - Continuatio Mediaevalis
 CCSL Corpus Christianorum - Series Latina
 CSEL Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum
 MGH Monumenta Germaniae Historica
 PL *Patrologiae cursus completus* [...] *Series Latina* accurante J.-P. Migne, 221 (in 222) voll., Parisiis, J.-P. Migne, 1844-1864

I. AUTORI E TESTI

Agostino

Augustin d'Hippone, *Vingt-six sermons au peuple d'Afrique*, ed. F. Dolbeau, Turnhout, Brepols 2010² (Collection des Études Augustiniennes. Antiquité 147)

Sancti Aurelii Augustini *Confessionum libri XIII*, ed. L. Verheijen, Turnhout, Brepols 1981 (CCSL 27)

Sancti Aurelii Augustini *Contra aduersarium legis et prophetarum. Commonitorium Orosii et sancti Aurelii Augustini contra Priscillianistas et Origenistas*, ed. K. D. Daur, Turnhout, Brepols 1985 (CCSL 49)

Sancti Aurelii Augustini *Contra Faustum Manichaeum*, ed. J. Zycha, Vindobonae, F. Tempsky 1891 (CSEL 25,1)

Sancti Aurelii Augustini *Contra Maximinum*, PL 42, coll. 743-814

Sancti Aurelii Augustini *De ciuitate Dei*, ed. B. Dombart - A. Kalb, Turnhout, Brepols 1955 (CCSL 47-48)

Sancti Aurelii Augustini *De doctrina christiana. De vera religione*, ed. K. D. Daur - J. Martin, Turnhout, Brepols 1962 (CCSL 32)

Sancti Aurelii Augustini *De spiritu et littera*, ed. C. F. Urba - J. Zycha, Vindobonae, F. Tempsky 1913 (CSEL 60)

Sancti Aurelii Augustini *De Trinitate*, ed. W. J. Mountain - F. Glorie, Turnhout, Brepols 1968 (CCSL 50-50A)

Sancti Aurelii Augustini *Enchiridion ad Laurentium de fide et spe et caritate*, ed. E. Evans, Turnhout, Brepols 1969 (CCSL 46)

Sancti Aurelii Augustini *Enarrationes in Psalmos*, 3 voll. ed. E. Dekkers - J. Fraipont, Turnhout, Brepols 1956 (CCSL 38-40. Aurelii Augustini Opera 10/I-III)

Sancti Aureli Augustini *Enarrationes in Psalmos*, 5 voll., ed. C. Weidmann - H. Müller - F. Gori, Wien, Verlag der Österreichischen Akademie der Wissenschaften 2001-2004 (CSEL 93, 94, 95)

Sancti Aureli Augustini *Epistulae* 2, *Ep. 31.-123.*, ed. A. Goldbacher, Vindobonae-Lipsiae, F. Tempsky - G. Freytag, 1898 (CSEL 34,2)

Sancti Aureli Augustini *In Iohannis euangelium tractatus*, ed. R. Willems, Turnhout, Brepols 1954 (CCSL 36)

Sancti Aurelii Augustini *Sermones*, ed. C. Lambot - L. De Coninck - B. Coppieiers 't Wallant - R. Demeulenaere - G. Partoens, Turnhout, Brepols 1961-2008 (CCSL 41-41A-41B)

Agostino Pseudo

Augustinus Hipponensis (pseudo) uel Pelagius (dubium), *De uita Christiana*, PL 40, coll. 1031-1046

Aimone di Auxerre

Haymo Halberstatensis, *Explanatio in Pauli apostoli epistolas*, PL 117, coll. 361-938

Ambrogio

S. Ambrosii *De Apologia David ad Theodosium Augustum*, ed. C. Schenkl, Vindobonae-Lipsiae, F. Tempsky - G. Freytag, 1897 (CSEL, 32. Sancti Ambrosii Opera, 2)

S. Ambrosii *De Isaac*, ed. K. Schenkl, Prae-Vindobonae, F. Tempsky - Lipsiae, G. Freytag 1896 (CSEL 32. Sancti Ambrosii Opera, 1)

S. Ambrosii *De virginitate liber unus*, ed. I. Cazzaniga, Torino, Paravia 1954 (Corpus scriptorum Latinorum Paravianum)

S. Ambrosii *Epistolarum libri*, ed. O. Faller - M. Zelzer, Vindobonae, Hoelder 1978-1990 (CSEL, 82, 1-3)

S. Ambrosii *Expositio evangelii secundum Lucam*, ed. M. Adrien, Turnhout, Brepols 1957 (CCSL, 14)

S. Ambrosii *Expositio psalmi CXVIII*, ed. M. Petschenig, 2^a ed. rivista e ampliata da M. Zelzer, Wien, Österreichische Akademie der Wissenschaften 1999 (CSEL 62. Sancti Ambrosii Opera, 5)

S. Ambrosii *De excessu fratris Satyri*, ed. O. Faller, Vindobonae, Hoelder 1955 (CSEL. 73. Sancti Ambrosii Opera, 7)

S. Ambrosii *De obitu Valentiniani*, ed. O. Faller, Vindobonae, Hoelder 1955 (CSEL, 73. Sancti Ambrosii Opera, 7)

Apponio

Apponii *Explanatio in Canticum Canticorum*, ed. B. de Vregille - L. Neyrand, Turnhout, Brepols 1986 (CCSL, 19)

Apponius, *Commentaire sur le Cantique des cantiques*, I-II-III, introduction générale, texte, traduction et notes par B. de Vregille et L. Neyrand, Paris, Paris, Les Éditions du CERF 1997-8 (Sources Chrétiennes, 420, 421, 430)

Apponius, *Die Auslegung zum Lied der Lieder. Die einführenden Bücher I-III und das christologisch bedeutsame Buch IX*, herausgegeben I. König, Freiburg-im-Breisgau, Herder 1992 (Vetus Latina. Die Reste der altlateinischen Bibel. Aus der Geschichte der lateinischen Bibel 21)

Apringio

Apringii Pacensis *Tractatus in Apocalypsin fragmenta quae supersunt*, in *Commentaria minora in Apocalypsin Iohannis variorum auctorum*, quae omnia recognovit et commentario critico instruxit R. Gryson, Turnhout, Brepols 2003 (CCSL, 107), pp. 33-97

Arnobio il Giovane

Arnobius Iunior, *Expositiunculae in Euangelium Iohannis euangelistae, Matthaei et Lucae*, ed. K. D. Daur, Turnhout, Brepols 1992 (CCSL, 25A), pp. 269-305

Arnobio il Vecchio

Arnobius Maior, *Aduersus nationes*, ed. C. Marchesi, Torino, Paravia 1953 (Corpus scriptorum Latinorum Paravianum)

Bernardo di Clairvaux

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, I-II, ed. J. Leclercq - C. H. Talbot - H. M. Rochais, Romae, Editiones Cistercienses 1957-8 (S. Bernardi Opera)

Boezio

Boethius, *Philosophiae consolatio*, ed. L. Bieler, Turnhout, Brepols 1958 (CCSL, 94)

Cassiano

Iohannes Cassianus, *Collationes XXIV*, ed. M. Petschenig, editio altera supplementis aucta curante G. Kreuz, Wien, Verlag der Österreichischen Akademie der Wissenschaften 2004 (CSEL, 13. Cassiani Opera)

Iohannes Cassianus, *De incarnatione Domini contra Nestorium*, ed. M. Petschenig, editio altera supplementis aucta curante G. Kreuz, Wien, Verlag der Österreichischen Akademie der Wissenschaften 2004 (CSEL, 13. Cassiani Opera)

Cassiodoro

Cassiodori Senatoris *Institutiones*, ed. R. A. B. Mynors, Oxford, Clarendon Press 1961

Cassiodori Senatoris *Expositio sancti Pauli Epistulae ad Romanos*, PL 68, coll. 415-506

Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, ed. M. Adrien, Turnhout, Brepols 1958 (CCSL, 97-98)

Cesario di Arles

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, ed. G. Morin, Turnhout, Brepols 1953 (CCSL, 103-104)

Cicerone

Marcus Tullius Cicero, *Brutus*, ed. E. Malcovati, Leipzig, B. G. Teubner 1970² (M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia, 4)

Colombano di Bangor

Sancti Columbani *Opera*, ed. by G. S. M. Walker, Dublin, Institute for Advanced Studies 1957 (Scriptores Latini Hiberniae, 2) (= MGH Epp. 3)

Cromazio d'Aquileia

Chromatius Aquileiensis, *Opera*, ed. R. Étaix - J. Lemarié, Turnhout, Brepols 1974 (CCSL, 9A)

Eucherio di Lione

Eucherii Lugdunensis *Instructionum libri duo*, in Eiusd. *Formulae spiritalis intellegentiae. Instructionum libri duo*, cura et studio C. Mandolfo, Turnhout, Brepols 2004 (CCSL, 66), pp. 77-216

Evagrio Monaco

Evagrius, *Altercatio legis inter Simonem Iudaeum et Theophilum Christianum*, ed. R. Demeulenare, Turnhout, Brepols 1985 (CCSL, 64), pp. 255-302

Filone di Carpasia

Filone di Carpasia, *Commento al Cantico dei cantici nell'antica versione latina di Epifanio Scolastico*, a cura di A. Ceresa-Gastaldo, Torino, Società Editrice Internazionale 1979 (Corona patrum, 6)

Frontone

M. Cornelii Frontonis *Epistulae*, schedis tam editis quam ineditis E. Hauleri usus iterum edidit M. P. J. van den Hout, Leipzig, Teubner 1988 (Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)

Gerolamo

Hieronymus, *Commentarii in prophetas minores*, ed. M. Adriaen, Turnhout, Brepols 1969-1970 (CCSL, 76-76A)

Hieronymus, *Commentariorum in Daniele libri III*, ed. F. Glorie, Turnhout, Brepols 1964 (CCSL, 75A)

Hieronymus, *Commentariorum in Esaiam libri XVIII*, ed. M. Adrien, Turnhout, Brepols 1963 (CCSL, 73-73A)

Hieronymus, *Commentariorum in Hiezechielem libri XIV*, ed. F. Glorie, Turnhout, Brepols 1964 (CCSL, 75)

Hieronymus, *Hebraicae quaestiones in libro Geneseos. Liber interpretationis hebraicorum nominum. Commentarioli in psalmos. Commentarius in Ecclesiasten*, ed. P. de Lagarde - G. Morin - M. Adriaen, Turnhout, Brepols 1959 (CCSL, 72)

Hieronymus, *Tractatus sive homiliae in psalmos. In Marci evangelium. Alia varia argumenta*, ed. G. Morin - B. Capelle - J. Fraipont, Turnhout, Brepols 1958 (CCSL, 78)

Sancti Eusebii Hieronymi *Epistulae*, I-III, ed. I. Hilberg, Vindobonae, Verlag der Österreichischen Akademie der Wissenschaften 1996² (CSEL 54-55-56)

Giovanni Immonide

Iohannes Hymmonides diaconus Romanus, *Vita Gregorii I papae*, I, *La tradizione manoscritta*, a cura di L. Castaldi, Firenze, SISMEL – Edizioni del Galluzzo 2004 (Archivum Gregorianum, 1)

Iohannis Diaconi *Vita Sancti Gregorii*, PL 75, coll. 59-242

Giusto d'Urgell

Giusto d'Urgell, *Explanatio in Cantica canticorum. Un vescovo esegeta nel regno visigoto*, a cura di R. E. Guglielmetti con un saggio di L. G. G. Ricci, Firenze, SISMEL – Edizioni del Galluzzo 2011 (Per verba. Testi mediolatini con traduzione, 27)

Gregorio d'Elvira

Gregorii Iliberritani episcopi *In Canticum canticorum libri V*, cura et studio J. Fraipont, in Eiusd. *Quae supersunt*, edidit V. Bulhart, Turnholt, Typographi Brepols Editores Pontificii 1967 (Corpus Christianorum. Series Latina, 69), pp. 165-210

Gregorius Eliberritanus, *Epithalamium, sive Explanatio in Canticis canticorum*, ed. E. Schulz-Flügel, Freiburg im Breisgau, Herder 1994 (Vetus Latina. Die Reste der altlateinischen Bibel. Aus der Geschichte der lateinischen Bibel, 26)

Andrea Lai, "Indagine sulle fonti dell'*Expositio in Canticis canticorum* di Gregorio Magno"
Tesi di dottorato in Storia, letterature e culture del Mediterraneo, Università degli Studi di Sassari

Gregorio di Nissa

Gregorii Nysseni *Opera*, auxilio aliorum virorum doctorum edenda curaverunt W. Jaeger, H. Langerbeck, H. Dorrie, VI, *In Canticum canticorum*, edidit H. Langerbeck, VI, Leiden, Brill 1960

Gregorio di Tours

Gregorii episcopi Turonensis *Historiarum libri X*, ed. B. Krusch - W. Levison, Hannoverae, impensis Bibliopolii Hahniani 1937-1951 (MGH Scriptores. Scriptores rerum Merovingicarum I 1)

Gregorio Magno

Bibliotheca anecdotorum seu veterum monumentorum ecclesiasticorum collectio novissima, ex codicibus bibliothecarum Hispanicarum collegit, descripsit, disposuit et edidit G. Heine, pars I, *Monumenta regni Gothorum et Arabum in Hispaniis*, Lipsiae, T. O. Weigel 1848, pp. 168-186

Eximii ac sanctissimi viri divi Gregorii papae in primo Regum libro multiplex expositio. Nunc primum literarum formis quantum fas fuit castigata, Venetiis, in officina d. Bernardini Stagnini de Tridino Montisferrati MDXXXVII

Grégoire le Grand, *Commentaire sur le Cantique des cantiques. Introduction, traduction, notes et index*, par R. Bélanger, Paris, Les Éditions du CERF 1984 (Sources Chrétiennes, 314), pp. 68-140

Grégoire le Grand, *Commentaire sur le premier livre des Rois*, introduction, texte critique, traduction et notes par A. de Vogüé, Paris, Ed. du CERF 1989-2004 (SC, 351, 391, 432, 449, 469, 482)

Grégoire le Grand, *Morales sur Job*, introduction et notes de R. Gillet, traduction de A. de Gaudemaris, Paris, Les Éditions du CERF 1951-2010 (Sources Chrétiennes, 32 bis-212-221-476-525-538)

Gregorio Magno, *Commento al Cantico dei cantici*, a cura di E. Gandolfo, Magnano, Edizioni Qiqajon - Monastero di Bose 1997

Gregorio Magno, *Commento al Cantico dei cantici*, a cura di C. Leonardi, Roma, Città Nuova 2011 (Opere di Gregorio Magno, VIII)

Gregorio Magno, *Storie di santi e di diavoli (Dialoghi)*, introduzione e commento a cura di S. Pricoco, testo critico e traduzione a cura di M. Simonetti, Milano, Fondazione Lorenzo Valla – Arnoldo Mondadori 2005 (Scrittori greci e latini)

Gregorius I, *Commentum super Catica canticorum*, Köln, Ulrich Zell post 1473

Sancti Gregorii Magni *Expositio in Canticum canticorum*, in *Eiusdem Expositiones in Canticum canticorum et in Librum primum Regum*, recensuit P. Verbraken, Turnholti, Typographi Brepols Editores Pontificii 1963 (Corpus Christianorum. Series Latina, 144), pp. 3-46

Sancti Gregorii papae primi cognomento magni Opera in tres tomos distribuita ex quamplurimis mss. codicibus emendata. Additae sunt quaedam notae in Dialogos et

Epistola eiusdem sancti Gregorii, vol. III, Lutetiae Parisiorum, impensis Societatis typographicae librorum Officii Ecclesiastici jussu Regis constitutae 1675, coll. 1-366

Sancti Gregorii papae I cognomento Magni *Opera omnia, ad manuscriptos codices Romanos, Gallicanos, Anglicanos emendata, aucta et illustrata notis, studio et labore monachorum Ordinis Sancti Benedicti e Congregatione Sancti Mauri*, vol. III, pars 2, Parisiis 1705, coll. 397-414

San Gregorio Magno, *Commento morale a Giobbe*, a cura di P. Siniscalco, introduzione di C. Dagens, traduzione di E. Gandolfo, vol. 1-4, Roma, Città Nuova 1992-2001 (Opere di Gregorio Magno, I/1-4)

San Gregorio Magno, *Lettere*, a cura di V. Recchia, Roma, Città Nuova 1996-1999 (Opere di Gregorio Magno, V/1-4).

San Gregorio Magno, *Omellie su Ezechiele*, a cura di V. Recchia, vol. 2, Roma, Città Nuova 1993 (Opere di Gregorio Magno, III/1-2)

San Gregorio Magno, *Omellie sui Vangeli*, a cura di G. Cremascoli, Roma, Città Nuova 1994 (Opere di Gregorio Magno, II)

San Gregorio Magno, *Regola pastorale*, a cura di G. Cremascoli, Roma, Città Nuova 2008 (Opere di Gregorio Magno, VII)

Ignazio d'Antiochia

Epistulae VII genuinae quas e cod. graeco nunc deperdito Robertus Grosseteste ut videtur transtulit (versio anglo-latina), in *Patres apostolici*, textum recensuit, adnotationibus criticis exegeticis historicis illustravit, versionem latinam, prolegomena, indices addidit F. X. Funk, 2, *Clementis Romani epistulae de virginitate, eiusdemque martyrium, Epistulae Pseudoignatii, Ignatii martyria, Fragmenta Polycarpiana, Polycarpi vita*, ed. 3^a F. Diekamp, Tubingae, In Libraria H. Laupp 1913 pp. 270-297; p. 314-317

Ilario di Poitiers

Hilarius Pictaviensis, *Tractatus super Psalmos*, I-III, ed. J. Doignon - R. Demeulenaere, Turnhout, Brepols 1997-2009 (CCSL, 60-61A-61B)

